Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# DE NATVRA PRIMO-MOVENTE LIBRI DVO:

In quibus ex Ariſtotelis doctrina diligenter oſtenditur Primi-Mouentis nomen & rationem proprie conuenire Finali cauſſæ generatim, cœlo ſeu Mundo, Intelligentiæ cuique cœlo aſſiſtenti, ac ſummo Deo:

*Singulumque horum eſſe vere, dicique proprie Naturam.*


FORTVNIVS LICETVS GENVENSIS

In Patauino Lyceo Philoſophus Ordinarius


INCLYTÆ NATIONI GERMANICÆ IN ANTENOREO PALLADIO

*Philoſophiæ ac Medicinæ Studia colenti*

DICAVIT





BIBLIOTECA N. ROMA VITTORIO EMAN.



PATAVII. Typis Iulij Criuellarij. M.DC.XXXIV. *Superiorum Permiſſu.*


I. V. Eq. Cassiano a Puteo Autor donauit obseruantiæ tesseram.

Digitized by Google

# ILLVSTRISSIMAE

# NATIONI GERMANICÆ

## *Patauium ad Artes liberales incolenti.*

## FORTVNIVS LICETVS B. A.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVOD inter omnia Naturalis Philoſophiæ theoremata præſtantiſſimum eſt [a] obiecti dignitate, difficillimum quæſiti [b] ſubtilitate, ac vtiliſſimum doctrinæ [c] multi-itate, geminum illud Primi-Mouentis, & Naturæ mirabile æternarium, arcanam olim Pythagoricis Iuramenti [d] teſ-im, quum e penetralibus Ariſtotelicis nuper eduxerim; & iliarum vigeſimo primo [e] Quaternione, qui Sapientibus ectiſſimi Senarij trigonus habetur, diligenter pro viribus enti volumine coluerim; etenim publicis lectionibus (vt ipſi noſtis Inclyti viri) forenſibuſque negocijs interdiu er occupatiſſimus, haſce meditationes, ad Solem ſilentes, ucernam fere ſolam, Cleanthis [f] oppoſito more fatoque, lu-aui. Phyſiologicam hanc vtramque, Primi-Mouentis, aturæ Tetractyn publici iuris in præſentia mihi facturo iu quærendum fuit cuinam ipſam ego digne conſecrarē; i namque iure non debebat inſcribi, niſi Generoſiſſimæ utum & Nobilitatis illi Tetracty, quam Imperij Maie-, bellica fortitudine, morum eximio candore, ſummaque teras vel priſco ſapientum more longiſſimis diuturniſſi-ue peregrinationibus comparandas inclinatione Clariſ-

[a] 1. de an. t. 1.
[b] ibid. t. 6. & ſeqq.
[c] ibid. t. 2. 3.
[d] Bong. de myſt. nu. iv. ſign.
[e] idem de nu. xxi.
[f] Laer. lib. 7.



Digitized by Google

*ſimam Patauinum hoc Lyceum aſſidue ſuſcipit, & ſuſpicit. Inter eos autem, quicumque Vos genuinos ac vere Germanos Palladis, Armorum Litterarumque Præſidis, Alumnos, non minus militari gloria clarum genus habentes, quam Sapientiæ ſtudio conſpicuos, animi ſyncera propenſione colunt, præcipuum habere me locum, diu Vobis, & Vniuerſo litterario Mundo palam facere cupiens, opportuniorem nunquam occaſionem habui, quam huius mei voluminis dedicationem; cuius natalibus Vos, Nobiliſſimi Studioſiſſimique viri, magna frequentia præſentes affuiſtis. Hunc itaque mentis meæ fœtum, apud vos ortum, immo vero Vobis præcipue natum, qui non ita pridem ex ore meo naſcentem veſtris auribus & animis Auditores attentiſſimo ſilentio libenter excepiſtis; nunc demum calamo longe magis efformatum, & auctum, vlnis veſtræ benignitatis amplectimini, lætiſque vultibus veſtri fauoris applaudentes adſpicite, atque in egregia veſtra Bibliotheca reponite, ſeruatateque perpetuum mei erga Vos omnes ac ſingulos amoris pignus nunquam intermoriturum. Valete Studioſorum delibati flores, & calami celeritatem hebdomadæ duodecimæ ſpacium æquantem, æqui bonique facite. Patauij ex Muſæo noſtro. Kal. Iulij. MDCXXXIV.*

IN-

# INDEX LIBRORVM,

## Et Capitum in hoc volumine contentorum.

Præfatio Materiam operis, occaſionem ſcribendi, Tractationiſque præſtantiam, vtilitatem, & difficultatem aperiens.

## LIBER PRIMVS:

*In quo phyſicis rationibus ex Ariſtotele probatur, Primi-Mouentis nomen, & rationem pluribus{ conuenire, quorum ſingulum eſt vere proprieque Natura.*

PRimi-Mouentis nomine ſignificari ab Ariſtotele quatuor entium genera, Finalē cauſſam, Cælum ſeu Mundum, Intelligentiam cælo appropriatam, ac Deum Mundo aſſiſtentem. Cap. I.

Colligitur ex traditis Quaternarius numerus Primi-Mouentis; & in quo ſita ſit ratio communis, & idea Primi-Motoris Cap. II.

Naturæ nomine quot, quæque res in propoſito noſtro ſignificentur ab Ariſtotele; ſpeciatimque demonſtratur vere Naturam eſſe rerum phyſicarū tum cauſſam ſingulam per ſe, materiam, formam, finem, &efficientē; tū eſſentiam compoſitā. C. III.

Colligitur ex habitis multiplex veræ Naturæ ratio; fuſiuſque declaratur eſſentia, ſeu definitio Naturæ proprie dictæ. Cap. IV.

Primum-Mouens, quod non mouetur vnquam ab alio, ſed ſemper a ſeipſo, cuiuſmodi cælum eſt Ariſtoteli, ſiue Mundus, eſſe vere ac proprie Naturam. Cap. V.

Primum-Mouens ſub ratione finis, formaliter

immo-

immobile a ſe, & ab alio, vere Naturam eſſe proprie dictam, quod in ſe contineat quatuor præcipuas Naturæ rationes. Cap. VI.

Primum-Mouens immobile penitus, quod eſt omnis Intelligentia Secunda infra Deum, Cælorũ orbibus appropriata, motuſque cæleſtes promouens, eſſe vere, ac proprie Naturam, quod habeat in ſe rationes omnes Naturæ, omniaque attributa eſſentialia Naturæ. Cap. VII.

Deum, etſi ſpectatus in ſeipſo, & in habitudine ad res creatas formaliter, ac in relatione ad ens pariter formaliter acceptum, ſit eſſentia ſupernaturalis, ad Metaphyſicum, & ad Theologum ſpectans; attamen in ordine ad Mundum ſenſibilem, prout eſt corpus naturale, ſiue in reſpectu ad res omnes naturales, qua phyſicæ ſunt, eſſe vere ac proprie Naturam, quod obtineat omnia Naturæ attributa eſſentialia; quorum primum eſt, vt ſit cauſſa efficiens rerum naturalium. Cap. VIII.

Summum Deum, quatenus eſt Finis, cuius gratia ſunt, & operantur omnia naturalia, eſſe vere ac proprie Naturam. Cap. IX.

Primum-Motorem Deum eſſe Naturã eo quod Ariſtoteli ſit Forma Vniuerſi, quatenus eſt corpus naturale. Cap X.

Primo-Mouenti Deo proprie conuenire definitionem veræ Naturæ, a Phyſico promulgatã. C. XI.

Deum eſſe Naturam, Claſſici Doctores, & Summi

mi Theologi profitentes, propoſitam ſententiam mirifice firmant. Cap. XII.

Deum Optimum, quatenus Primum-Mouens eſt, ab Ariſtotele dici, poniique proprie Naturam Cap. XIII.

## LIBER SECVNDVS.

IN quo diluuntur argumenta, quibus oſtendi videtur, Primum-Motorem immobilem omnino, non eſſe vere, ac proprie Naturam.

Præfatio manifeſtans in quibus Primis-Motoribus concedatur paſſim ratio Naturæ proprie dictę, in quibus non. Cap. I.

Non ideo conuinci Primo-Mouens eſſe Naturā quia Natura ſit forma inſeparabilis; at Primus-Motor ſeparabilis, ſiue ſeparatus: vnde tollitur prima difficultas. Cap. II.

Primum Motorem non ideo ſupra Naturæ conditionem prorſus extolli, quia non ſit forma in ſubiecto: vnde ſoluitur oppoſitio ſecunda. Cap III.

Primum-Mouens immobile non ideo carere ratione Naturæ, quia ſit forma non informans, ſed aſſiſtens: vnde diluitur obiectio tertia. Cap. IV.

Nomen & rationem Naturæ proprie dictæ tolli non debere a Primo-Mouente Deo, ac Intelligentia, quod non tribuant eſſe corpori naturali, ſed ſolum motum, ſi ſunt formæ non informantes, at aſſiſtentes: vnde reſpōdetur quartæ dubitationi. C. V.

Intel-

Intelligentię non eſſe prorſus interdicendã Naturæ rationem, ac nomenclaturam, quod Ariſtoteles diſtinxerit Naturam ab Intellectu: ex quo ſatisfit quintæ dubitationi. Cap. VI.

Primum Mouens non ideo Naturę nomen, & rationem amittere, quia ſit immobile, & immobilia non attineant ad Phyſicum, ſed ad Metaphyſicum: vnde ſextæ dubitationi occurritur. Cap. VII.

Primo-Motori non ideo negari debere Naturæ nomen, ac rationem, quia ſit id, a quo Natura depẽdet: vnde diluitur ſeptima dubitatio. Cap. VIII.

Naturæ nomen, & ratio non ideo tollenda eſt a Primo Mouente, quod ipſum a Natura efficiente contradiſtinxerit Ariſtoteles: Quare dirimitur octaua difficultas. Cap. IX.

Nomen, & rationem Naturæ non interdici ſummo Deo ab Ariſtotele, cui Natura dicitur eſſe Dæmonia, non autem Diuina: Quare ſoluitur oppoſitio nona. Cap. X.

Primo-Mouenti Deo non ideo negari Naturæ nomen ac rationem, quia non ſit pars corporis naturalis, ob ſummam ſui perfectionem: ex quo reſpondetur decimæ difficultati. Cap. XI.

Primo-Mouenti Deo rationem, ac nomen propriè dictæ Naturę negari non debere, quod ſit Natura Naturans appellata: Vnde ſoluitur vndecima dubitatio. Cap. XII.

Peroratio totius operis. Cap. XIII.

FINIS.

Digitized by Google

# FORTVNII LICETI
## AD SVOS LIBROS
# DE NATVRA
## *PRIMO-MOVENTE*

Præfatio, Materiam Operis, Occaſionem Scribendi, Tractationiſque præſtantiam, vtilitatem, & difficultatem aperiens.

*INTRA præſcriptos ſibi à corporea Natura limites anguſtè ſemper commorari, atque adeo propriæ conſeruationi ſolummodo vacare, ſpecieique perpetuitati ad ſummum ſobolis propagatione inuigilare, vulgarium eſt hominum, qui viri nomine indigni mentem incorpoream corporeis rebus turpiter ſubijcientes, corporeas paſſiones tantum animo concipere conſpiciuntur: Verum auguſtè ſupra ſe ad incorporea quandoque aſpirare, inſignium virorum eſt, qui nobili deſiderio heroicum virtutis habitum animis induere geſtiunt. Iurarem hoc illud eſſe, quod illuſtri apologo iampridem nos docuere* [a] *Veteres, dum Alcmenam aſſerunt ab Electrione patre Amphitryoni Thebano nuptui datam; quæ quum ex viro concepiſſet Iphiclem, marito peregre ad bellum profecto, Mercurij aſtu cum Ioue, redeuntis Amphitryonis ſpeciem gerente, pluribus in vnam longiſſimā noctem coagmentatis ſuauiſſimos per am-*

a Plaut. in Amphitr.

a plexus

*plexus copulata glorioſiſſimum Herculẽ concepit, ex viro- A*
*que congreſſu gemellos vnico nixu demum paritura, nimi-*
*rum Iphiclem purum hominem mortalem, eumque timidũ,*
b 7. eudem. ca. 15. *& Alcidem Semideorum ſummum, inuictiſſimum, & [b] im-*
*mortalitatis quãdoque lauream adepturũ. Sapienter enim*
*Alcmena mortali viro a patre maritari conſtituitur; quia*
*Mens humana corpori huic animali a ſummo Deo, eius v-*
c 2. de gen. an. cap. 3. *nico parente, in vltimo noſtræ [c] generationis momento*
*quaſi deſponſatur; extrinſecus organizato corpori veluti*
*viro adueniens; poſt eiuſdem corporis interitum quaſi vi-*
*dua futura ſuperſtes: quum aliarum nulla formarum pro*
*prio ſubiecto ita denubat; ſed omnes e ſubiacentis materiæ B*
*ſinu deducantur, tamquam ex vtero matris obſtetricio*
*cauſſa generantis orientes; & orta ipſi eidem materiei af-*
*fixa, ceu materno pectori lactentes, iugiter adhæreſcant,*
*ab ea penitus inſeparabiles, a qua prorſus in eſſe dependẽt.*
*Alcmena ex marito mortalem & pauidum Iphiclem conci-*
*pere probiſſime ponitur; quia mens hominum ex corporis*
† 1. phyſ. t. 82. 12. meta. t. 30. *commercio timorem, aliarumque vt † materialium, ita*
*mortalium paſſionum contrahit affectus. Alcmena, con-*
*iuge viro ad bellum abſente, miniſterio Mercurÿ ſcite co-*
d 3. de an. t. 16. *pulatur ſummo Ioui; quia mens noſtra nullo [d] corporis ad-*
*miniculo freta, immo vero a corpore in elementorum pu- C*
*gna detento quaſi abalienata, interuentu ſtudÿ, cui præ-*
*ſes fingitur Mercurius, cum Diuino Intellectu, qui Pri-*
*mus Motor appellatur, ceu maritali nexu potiſſime iungi-*
*tur; meditatio ſiquidem eſt mentis cum obiecto intelligibi-*
e 8. phyſ. t. 82. *li, a quo mirifice velut a viro [e] femina [f] perficitur, quaſi*
f 3. de an. t. 7. *nuptæ cum ſponſos iucundiſſima vnio, & arctiſſima copu-*
g 10. ethic. c. 7. *latio; verius dixero, quaſi amantis coniugis in amatum*
h 3. de an. t. 8. 18. 38. *mira transformatio; decreto ſiquidem [h] Ariſtotelico no-*
*ſtra mens intelligendo fit quoquopacto id quod ipſa medi-*
*tatur.*

Digitized by Google

*iatur. Alcmena Ioui, non in ſua Maieſtate tonanti, ſed*
A *Amphitryonis perſonam induto probe copulatur; quia*
*Mens mortalium corpori iuncta Diuinos Intellectus in nu*
*da eorum eſſentia comprehendere* [i] *minime poteſt, velatos* i 3. de a-n.t.36.
*tamen* [K] *ſenſibilium ſimulachris amplecti* [l] *vtcumque po-* 2.meta.
*teſt. Alcmena ex Iouis congreſſu Herculem, Heroum ter-* t. 1.
*maximum, ferarum domitorem, monſtrorum interfecto* K 3 de a-
*rem, Tyrannorum exterminatorem, belle concipere dici-* n t. 39:
*tur; quia mens hominis ex Diuinorum Intellectuum ſpe-* l 9. me
*culatione concipit intra ſe virtutis habitum Heroicum,* ta. t. 16.
*vitiorum irrationalium extirpatorem, iraſcibilis monſtri*
*interemptorem, & concupiſcibilis tyrannidis oppreſſorē.*
B *Alcmena Herculem ex Ioue concipit ſuauiſſimis amplexi-*
*bus in* [m] *longiſſima nocte futuræ diei partes occupante mi-* m 10. e
*re multiplicatis; quia mens humana Virtutis habitū Heroi* thic. c. 7
*cum non concipit, niſi perdia & pernox diuturnis iteratiſ-*
*que ſæpius meditationibus diuiniorum formarum contem-*
*platione ſummopere delectetur: qui ſiquidē abſque intenſio*
*ri voluptate, quiue breui temporis interuallo ſtudijs operam*
*impendunt, eos habitum ſapientiæ contingere nunquā con-*
*tinget. Ceterū ſi vllum apud nos eſt contemplationis ac ſtu-*
*dijs genus, quo veluti pronubente Mercurio Mens noſtra cū*
*Diuino Intellectu, quaſi Alcmena velato Amphitryoni co-*
C *pulari valeat, hoc vnum profecto* Naturalis *eſt Philoſo-*
*phiæ ſtudium: tres etenim quum ſint humanæ Sapientiæ*
*partes* [n] *ſupremæ, Mathematica, Metaphyſica, & Phyſio-* n 6. me-ta.t.2.
*logia; Mathematici ſane Mens a Diuinarum ſubſtantia-*
*rum meditatione ſemper abſtrahens, circa magnitudinum*
*corporearum diſtantias noua Daphne diſcurrens, Apolli-*
*neique Numinis incorporei congreſſum ruſtica fugiens, in*
*arborem Lauri ſterilem iuſte mutatur, nullum Heroicum*
*virtutis habitum ex Quanti ſui conſideratione complexu-*

 *que*

*que paritura. Metaphyſici vero Mens, dum Ioui gliſcit in propria forma fulguranti copulari, ad inſtar temerariæ Semeles, audaciæ ſuæ pœnas condigne luit, a nimio Diui ni Numinis fulgore, a nimio Diuini fulguris ardore miſe re combuſta: id enim proprium incorporeæ Iunonis eſt, animæ videlicet a corporis ergaſtulo ſeparatæ, ineffa bilem prepotentis Dei maieſtatem complecti. Sola Naturalis Philoſophi mens nobilem æmulatur Alcme nam, quæ Vniuerſi huius Mundi ſenſibilis*

A

o lib. 1. cæl. t. 1.

*º naturam meditata, quaſi Amphitryonis ſui perſonam complexa, Diuini Intellectus ſub tegmine* Naturæ *ſupremæ, Pri mique Motoris æthereo mundo aſſiſtentis, innoxie iu cundiſſimis*

p 8. phyſ. per tot.

*P aliquando fruitur amplexibus; præclarum inde concipiens habitum Sapientiæ, virtutum moralium verum genitorem, proindeque vitiorum demolitorem, paſ ſionumque ſenſualium moderatorem; eſt enim Moralis Philoſophia Scientiæ Naturalis primogenita. Ac vt Alc mena totum ſuæ vitæ ſpacium vni Amphitryoni tribuere, Ioui autem ſummo, etſi longiuſculam, vnicam tamen plu rimarum noctium concedere ſtatuitur; ita Mens Phyſio logi circa naturalia corpora, eorumque paſſiones & motus fere*

B

q 1. cæl. . 1.

*q plurima multis in libris eſſe; circa Diuini autem Intellectus contemplationem ſemel tantum vnico in octa uo Phyſicorum verſari comperta eſt. Præclare igitur in præſentia nobiſcum agitur, quibus intra Phyſiologiæ limi tes de Primo-Motore ſpeculatio propoſita eſt; meditatio nimirum illa, quæ maximam in ſe habet vtilitatem cum ſuprema dignitate coniunctam: quid enim hominibus vti lius eſt, quam Diuino Numini per intellectum copulari? quum in hoc ſpeciatim humanam felicitatem Sapientes viri cum*

C

10. eth ap. 7. & qq.

*r Ariſtotele ſitam eſſe confiteantur: quæ theoria præſtantior eſt ſpeculatione* De Primo-Mouente? *certum*

*eſt*

A eſt enim Diſciplinas non aliunde ſuæ dignitatis momentũ
adipiſci, decreto ſ Magiſtri, quam vel a nobilitate Obiecti, ſ 1. de a n. t. 1.
vel a tractationis accuratione ac diligentia, quam ipſe
ſua lingua nuncupat ἀκρίβειαν: Primus etenim Motor di-
gnitate ſuperat longo interuallo quodcumque aliud in
Phyſiologia conſideratum, etiam animæ humanæ partem t 4. de par. c. 10.
potiorem, non ſolum dum in corpore degens eſt t natura ho-
minis ad Phyſicum attinens; verum etiam dum a corpore
ſeparata, & omnem rationem u naturæ penitus exuta, u 1. de part. c. 1.
nullamque naturalem propenſionem amplius ad corpus ob- x 2. phyſ. t. 26.
tinens, ad x Phyſiologum non ſolum attinet, ſed ad Me-
B taphyſicum: licet Primum-Mouens ideo pertineat ad Phy- y 8. phyſ. t. 3.
ſicum, quia vere Natura eſt, nimirum principium y pri-
mum motus & quietis per ſe in z quo eſt non ſecundum ac- z 8. phyſ. t. 84.
cidens: Tractatioque de Primo Mouente ab a Ariſtotele a 7. eud. c. 18.
ac nobis habenda, minime concedat accuratione ac dili-
gentia, ſed alijs omnibus, quas ipſe in ceteris Phyſiologiæ
partibus contexuit, præferenda ſit omnium iudicio. Ne-
que vero mihi nunc obijciat ingenioſus, tractationem de
Primo-Motore, qui forma non eſt in magnitudine, ſed a
materia ſeparata, male depreſſam a me, atque ab Ariſto-
tele fuiſſe inter volumina Scientiæ Naturalis; quum ex-
C tolli ſuſpicique deberet inter libros Metaphyſicæ: nam etſi
ex morali Philoſophia reſpondere poſſemus hoc non ab re
factum fuiſſe, tum quia velut olim Cæſar, Plutarchi b rela- b in vit. Cæſ.
tu, malle ſe dicebat eſſe primum in Alpium opidulo, quam
Romæ ſecundum; ita tractatui de Primo-Motore honorifi-
centius eſt in apice Phyſicorum operum collocari, quam
inter Metaphyſica poſt theoriam de Primo Ente, qui ſum-
mus Deus eſt, connumerari: Primus namque Motor in o-
ctauo Phyſicorum conſideratus, efficienter mouens corpo-
ra cœleſtia, phyſiceque promouens motum generatim, non

ſolus

ſolus Deus eſt, ſed etiam ſecundarum Intelligentiarum infra Deum cœleſtibus orbibus aſſiſtentium ordo genuſque: tum maxime quia ſicuti Marcus Cato, [c] Plutarchi quoque teſtimonio, malle ſe dicebat benefactis virtutibuſque ſuis non haberi debitum honorem, & quæri ab hominibus cur ſibi ſtatua non eſſet poſita, quam cur id honoris a Senatu Populoque Romano ſibi datum foret; ita ſpeculationi de Primo Motore honorabilius eſt vt de ipſa quæratur, cur inter Metaphyſicas contemplationes ab Ariſtotele, nobiſque repoſita non fuerit. Attamen phyſice potius in propoſito dicendum eſt, Primum-Motorem non ita ſimpliciter eſſe a magnitudine materiaque ſenſibili ſeparatum, vt Phyſiologi metas omnino ſuperet, attineatque penitus ad Metaphyſicum; etenim quum ſit cauſa motum circularem cœleſti corpori naturalem efficiens, ac forma cælo aſſiſtens Intelligentia ſecunda, vere Natura eſt hic Primus Motor, qui neceſſariam & eſſentialem habet habitudinem ad cœleſte corpus (licet a tali corpore non pendeat in eſſe) proindeque non poteſt inter formas prorſus abſtractas reponi; ſed ſub ratione Motoris non poteſt non eſſe Mobili ſuo applicatus; quo nomine ab Ariſtotele in calce [d] noſtri voluminis dicitur eſſe in corpore circulari, vbi velociſſimus eſt motus: Conſimiliter quum cauſſa Motum perpetuum generatim ſumptum phyſice promouens omnia mouens omnium immobilium primum ſit Deus ille ſummus Vniuerſum regens [e] Ariſtoteli; proindeque Natura ſuprema, quam Barbari Naturantem appellant; hac de cauſſa Deus, vt Primus Motor vniuerſo Mundo aſſiſtit, veluti [f] Prima forma, prorſus inſeparabilis a Mundi corpore materiaque; non quia pendeat a Mundo Deus, ſed quia viciſſim Mundus abſque primo Mouente ſibi coniuncto conſiſtere non poteſt: ſapienter igitur Ariſtoteles tracta-

tionem

c in Vit. Cat.

d 8.phy. t.84.

e 2.phyſ. t.73. 2.meta. t.24.

f 12.me. t.t.49.

A B C

A *tionem de Primo-Mouēte non inter Metaphyſicas medita-*
*tiones, ſed inter ſpeculationes Naturales collocauit. Ta-*
*lia quum ego nuperrime peroraſſem, & multis alijs ratio-*
*nibus adiectis comprobaſſem Primum-Mouens eſſe proprie*
*Naturam, eoque nomine ad Phyſicum attinere; Rationa-*
*lem autem animam a corpore ſeparatam poſt hominis inte-*
*ritum non eſſe conſiderationis phyſicæ, quia nullam obtine-*
*at amplius potentiam naturalem ad corpus denuo ſubeun-*
*dum, ſed tantum ſupernaturalem; hæc inquam quum*
*ego prolocutus fuiſſem*[g] *ſuperioribus diebus in primordio*
*Studij Patauini renaſcentis hoc anno MDCXXXIII. ad* g 3. & 5. nouem.
B *exitum properante, dum publicam Octaui libri De Audi-*
*tu Phyſico theoriam colere cœpiſſem: meum hoc vtrumque*
*dictum Florenti præſtantique viro, qui tunc ſua præſentia*
*meas illas primas lectiones cohoneſtabat, non ita probari*
*viſum eſt; quum poſtmodum primis ſuis prælectionibus,*
*quibus ego de more Scholarum vices rependens auditor in*
*terfui, rationes in oppoſitum afferre conatus ſit, quæ meas*
*falſitatis arguere niterētur; ita me vocans ad litterariam*
*velitationem, qui tamen prius quam Patauium accederet,*
*eumdem me per epiſtolam longiorem multis argumentis*
*ab omni concertatione prorſus abſtinere perſuaſerat. Po-*
C *ſtulauerunt a me Studioſi plures illarum rationum mihi o-*
*biectarum ſolutionem, accuratioremque meorum theore-*
*matum confirmationem: his mihi dilectiſſimis, tam hone-*
*ſta petentibus morem non gerere non potui: quare ſequen-*
*ti prælectione, quam alteri ſpeculationi dicaueram, contē-*
*plationem integram habui de proproſitis; qua plene ſatiſ-*
*factum eſſe ſibi dixerunt Auditores, qui tum forte conue-*
*nerant & plurimi, & docti viri. Cenſebam me tali mu-*
*nere functum non amplius ad idem ſaxum voluendum vo-*
*catum iri: paucis attamen diebus elapſis plerique Studioſi*

*non*

*non mediocris autoritatis apud me, rogarunt enixe ſpeculationem hanc vt facerem publici iuris, abſentibuſque communicarem ipſam non parum a me cupientibus; & iteratis precibus ac efflagitationibus tantum non cogentibus: quum liberari non poſſem, paſſus denique ſum exorari: Quam prouinciam eo potiſſimum nomine non admodũ inuitus ego ſuſcepi, vt ſi forte libuerit doctiſſimo Floridoque viro circa propoſitum argumentum moratam diſputationem ſcriptis mandare, vt verbis antea præſtitit; habeant Alumni Sapientiæ magis abſolutam horum dogmatũ theoriam. Quocirca præſenti volumine rationibus ex Ariſtotele deſumptis mihi ſcopus eſt oſtendere Primum-Motorem multiplicem eſſe; ac vnumquemque illorum eſſe vere ac proprie Naturam, quam conſiderare pertineat ad Phyſicum: & rationes in oppoſitum allatas a Viro Florenti, pluresque validas alias illis adiungendas, meum placitum non demoliri: Alio volumine ſtatim, Deo bene fauente, tractaturus de varia Rationalis Animæ propenſio ad Corpus, iuxta ſententiam Ariſtotelis Philoſophorum ſummi, ac Diui Thomæ, Subtiliumque Principis, Theologorũ Coryphæi. Arduam, fateor, aggredior prouinciam; ſed tamen hanc Spartam, cui ornandę me accingo, perutilem fore ac periucundam cunctis amatoribus Sapientiæ perſpiciens, manum de tabula remouere nequeo, quin eius pulchram imaginem depingam in animis Studioſorum; vtinam pro dignitate decorem ac ſpeciem ipſius delineare queam. Tu Sancta Dei Genitrix, cuius Præſentationem in Eccleſia Catholicorum hodie colimus, a Sancto Spiritu Sponſo tuo donum Intellectus, verique Sermonis gratiam impetrare mihi ne dedigneris, vt procul a falſis dogmatibus mea ſcripta ſanam doctrinam pingere, ſerereque valeant in animis legentium. Rem itaque Diuinis auſpicijs iam aggrediamur.*

FORTV-

3. de a. t. 15.

. 1. no. mb. 633.

Digitized by Google

A

# FORTVNII LICETI

## De Natura Primo-Mouente

## LIBER PRIMVS:

### In quo phyſicis rationibus ex Ariſtotele probatur Primi-Mouentis nomen & rationem pluribus conuenire; quorum ſingulum eſt vere proprieque Natura.

B

*Primi-Mouentis nomine ſignificari ab Ariſtotele quatuor entium genera, Finalem Cauſſam, Cælum ſeu Mundum, Intelligentiam Cælo appropriatam, ac Deum Mundo aſſiſtentem.* CAPVT. I.

SCientifice tractaturo de veritate dogmatis alicuius, terminos multiplices habentis, ad euitandas æquiuocationes, & ad claritatem firmitatemq; doctrinæ ſuæ, neceſſitas ingruit inprimis a diſtinguere multiplicia; & determinare quid illud ſit, de quo diſſerendum eſt, vt imperat Ariſtoteles: Quare probaturi Primum-Motorem eſſe vere ac proprie Naturam, ante omnia ſtatuere debemus quid nomine Primi-Motoris intelligamus; & quid per vocabulum Naturæ ſignificemus. Porro quum idea ratioq; Primi-Motoris in Immobilitate-Motiua conſtituta ſit vniuerſa; Primumq; Mouens illud omne dicatur, quod mouet & non mouetur,

a 1. top. cap. 14.

vt fatetur [b] Ariſtoteles; nam quatuor inueniuntur inter entia, quorum ſingulis Ariſtoteles attribuit rationem & nomen Primi Mouentis, Cauſſa Finalis generatim ſumpta, Cœlum ſiue Mundus, Intelligentia ſecunda quæuis celeſtia corpora voluens, & Deus ille ſummus vniuerſum phyſice regens. De Cauſſa Finali primum ab Ariſtotele talia legentes, [c] *Specie quidem vnum erit mouens, appetitiuum in quantum appetitiuum; primum autem omnium appetibile (hoc enim mouet, & non mouetur, eo quod ſit intellectum aut imaginatum) numero autem plura mouentia:* ſtatuere debemus in Peripato, non ſolum Primi Motoris ideam in eo ſitam eſſe, vt mouens non moueatur; ſed etiam Primi Motoris nomine ſignificari cauſſam Finalem; quæ ſola mouet vt appetibile bonum; quod abſq; eo quod moueatur mouet ac impellit effectricem cauſſam ad operandum: De quo Primo Motore locutus eſt etiã Ariſtoteles tum vbi ſcribit, [d] *Et prima cauſſa vt mouens, in alio alia, ſanitas:* quam eſſe cauſſam finalem [e] alibi monuerat: tum vbi ait, [f] *Ad hæc quum plures cauſas generationis naturalis eſſe videamus; ſcilicet eam, cuius gratia res gignantur, atq; eam, vnde mouendi principium ſit: definiendum de iis etiam eſt, quenam prima, quæ ſecunda haberi debeat. Principatũ ſane illa obtinere videtur, quam ſub hoc verbo, cuius gratia, ſignificamus:* tum etiam vbi dicit. [h] *Quin & quod eius cauſa duplicem recipit differentiam: aut enim eſt vnde motus; aut quo vtatur id, cuius cauſſa: verbi gratia, genitale, & inſtrumentale rei generata: horum enim alterum; id eſt, generans, & agens præeſſe oportet; vt quod doceat priusquam quod diſcat; ſed tibias*

A B C

b 8 phyſ. t. 34. & ſeqq. 3. de an. t. 54

c 3. de ani. t. 54.

d 12. met. t. 23.

e 2. phyſ. t. 29.

f. 1. de par. c. 1

h 2. de gener. ani. cap. 4.

*poſt*

A *post eum, qui tibijs diſcat, fruſtra enim aderunt tibiæ is, qui vti neſciunt tibiis. Quum itaq; tria hæc ſint, primum finis, quem eſſe id dicimus, cuius cauſſa: ſecundum quod eius cauſſa, ſcilicet principium generans & mouens: efficiens enim & generans, qua talia ſunt, ad id pertinent, quod efficitur & generatur: tertium vtile, & quo finis vtatur: primum eam partem habere neceſſe eſt, in qua principium motus continetur: hæc enim protinus pars finis prima & potentiſſima eſt: tum poſt eam totum & finem: tertium vero & vltimum partes iis accommodatas inſtrumentales ad vſus nonnullos.* B *Itaque ſi quid tale eſt, quod in animalibus ineſſe neceſſe ſit, quod totius naturæ principium & finem contineat, id effici primum neceſſe eſt: qua enim mouens, primum oriri; qua pars finis eſt, cum toto oriri debet:* hanc autem partem exiſtimat eſſe Cor, cuius gratia cæteras partes omnes in animali fieri cenſet Ariſtoteles. Prima igitur ſignificatio Primi Motoris immobilis eſt, qua denotatur Cauſſa Finalis in vniuerſum. Cæterum hic Primus-Motor non eſt immobilis abſolute, ſed ſolum formaliter; quatenus mouet agens ad ſui adeptionem; quum extra talem C rationem finis moueri valeat; ſanitas enim alterationem patitur, ortum, & interitum. Mouet autem Cauſſa Finalis immediate quidem motu metaphorico cauſſam effectricem ad operandum; mediante vero Cauſſa effectrice motum phyſicum generationis promouet; vt nuper vidimus ex [h] Ariſtotele. Secunda ſignificatio Primi-Motoris eſt, qua notatur id omne quod non mouetur ab alio, licet moueatur a ſeipſo; cuiuſmodi cœlum eſt ac mundus; de quo multa teſtimonia leguntur apud

g 1. de gener. t. 55.
h 1. de par. ca. 1

8.phyſ. t.34. Ariſtotelem; inprimis enim ait, *Si ergo neceſſe eſt omne, quod mouetur, ab aliquo moueri; & aut ab eo, quod mouetur ab alio, aut non: & ſi ab alio quidem, quod mouetur, neceſſe eſt aliquid eſſe Primum-Mouens, quod non ab alio. Si autem huiuſmodi eſt primum, non neceſſe eſt eſſe alterum: impoſſibile enim eſt in infinitum abire mouens, & ipſum quod mouetur ab alio; infinitorum enim nihil eſt primum. Si ergo omne quidem quod mouetur, ab aliquo mouetur; primum autem mouens mouetur quidem, non autem ab alio, neceſſe eſt ipſum a ſe ipſo moueri.* Quibus luce meridiana clarius eſt, Primi-Mouentis nomine ab Ariſtotele nuncupari Animal, quod ita mouetur a ſeipſo, quod non ab alio: tale vero viuens eſt cœlum ſolum, ſeu Mundus; nam animalia ſubcœleſtia moueri quoque ab alio docuit K prius Ariſtoteles inquiens *Maxime autem videbitur tertium habere dubitationem, propterea quod fit, quum non eſſet prius, motus: id videlicet, quod accidit in animatis; quieſcens enim prius poſtea vadit, mouente exteriorum nullo, vt videtur. Hoc autem falſum eſt; conſpicimus enim ſemper aliquid eorum, quæ congenita ſunt, moueri in animali: huius autem motus ipſum animal cauſa non eſt, ſed continens forſitan. Ipſum autem dicimus ſeipſum mouere non ſecundum omnem motum, ſed ſecundum motum ſecundum locum: Nihil igitur prohibet, magis autem fortaſſis neceſſarium eſt, in corpore multos fieri motus a continente.* Primus igitur ille motor, qui ſic a ſeipſo mouetur, vt ſit immobilis ab alio externo, non eſt animal ſubcœleſte, ſed Cœlum, ſeu Mundus, de quo primo motore poſtea quoque ſcribit Ariſtote-

K 8.phyſ. t.20.

A

B

C

A les inquiens: l *Amplius autem & ſic ipſam hãc ratio-* l 8. phy 35.
*nem eſt aggredi: Omne enim mouens & aliquid mouet,*
*& aliquo: aut enim ſeipſo mouet ipſum mouens, aut alio:*
*vt homo ſeipſo, aut baculo; & ventus deiecit aut ipſe,*
*aut lapis, quem impulit: impoſſibile eſt autem mouere*
*ſine eo, quod ſeipſo mouet id, quod mouet: ſed ſi ipſum*
*ſeipſo mouet, non neceſſe eſt aliud eſſe, quo mouet: Si*
*vero ſit alterum id, quo mouet; eſt aliquid, quod moue-*
*bit non quodam, ſed ſeipſo, aut in infinitum abibit: Si*
*igitur aliquid, quod mouetur, mouet; neceſſe eſt ſta-*
*re, & non in infinitum ire: Si enim baculus mouet ex*
B *eo, quia mouetur a manu, manus baculum mouet; ſi au-*
*tem & hãc aliud mouet,* nimirum homo, *& hunc* mo-
torem *aliud aliquid mouens eſt,* nempe m continens, m 8. phyſ. t. 20.
ac tandem cœlum, quod n Ariſtotele doctore mo- n 1. meteo. ca. 2.
uet & gubernat omnes virtutes motrices ſubcœle-
ſtes: *Quum itaq;* o addit, *aliquo moueat ſemper alterũ,* o 8. phyſ. tex. 35.
*neceſſe eſt prius ipſum eſſe ſeipſo mouẽs: Si igitur moue-*
*tur quidem hoc, non autem eſt aliud mouens ipſum, ne-*
*ceſſe eſt ipſum ſeipſo mouere. Quare & ſecundum hanc*
*rationem, aut mox id quod mouetur ab eo, quod ipſum*
*ſeipſo mouet, mouebitur; aut venit aliquando ad ali-*
C *quid tale.* Vnde conſtat Primi-Mouentis nomine ſi-
gnificari quod a ſeipſo mouetur, & non ab alio ex-
terno; id autem cœlum eſt, atque Mundus. De-
inceps paullo poſt repetit eandem ſententiam Ari-
ſtoteles ita: p *Non ergo neceſſe eſt ſemper moueri quod* p 8. phyſ. 39.
*mouetur ab alio, eoque moto: ſtabitur ergo: quare aut*
*a quieſcente mouebitur id, quod mouetur primum; aut*
*ipſum ſeipſum mouebit. At vero ſi oportet etiam conſi-*
*derare vtrum cauſſa motionis ſit, & principium ipſum*
*ſeipſum mouens, an id, quod ab alio mouetur; illud om-*



Digitized by Google

*ne vtique ponet: id enim, quod per ſe eſt cauſa, ſemper prius eſt eo, quod ſecundum alterum, & ipſo exiſtente.* A

q 1. poſt t. 18. 73. Quum autem q Ariſtoteli ſit idem Primum & Principium; certum eſt aſſerentem, Principium ipſum ſeipſum mouens eſſe prius eo quod mouetur ab alio, ſtatuere Primum mouens ſeipſum eſſe Cęlum ac Mundum, quo nihil prius eſt, immo quo poſterius eſt omne, quod mouetur ab alio. Præterea mox

r 8. phyſ. tex. 42. idem repetit Ariſtoteles dum inquit, r *At vero neque ipſius primo ſeipſum mouentis aut vna pars, aut plures mouebunt ipſa ſeipſam vnaquæque; totum enim ſi mouetur ipſum a ſeipſo; aut ab aliquo eorum, quæ ſunt ipſius; mouebitur, aut totum a toto Si igitur quia mouetur aliqua pars ipſa a ſeipſa; hæc vtique erit illud primum ipſum ſeipſum mouens; ſeparata enim hæc quidem mouebit ipſa ſeipſam: totum autem non amplius.* B Primum itaque mouens etiam dicitur id, quod ab alio non mouetur, ſed ſolum a ſeipſo; cuiuſmodi cœlum eſt, ſiue mundus. Denique vero placitum hoc aperte profitetur Ariſtoteles inferius his notis:

ſ 8. phyſ. t. 60. *Maxime ſ autem manifeſtum eſt, quod mouens ipſum ſeipſum maxime ſecundum hunc mouet proprie, qui ſecundum locum eſt: & etiam dicitur hoc eſſe eorum, quæ mouentur, & mouent, principium, & primum iis, quæ mouentur, id ſcilicet, quod ipſam ſeipſum mouet.* C Hoc autem primum mouens immobile ab alio, mobile ſic a ſe, vt ſit prima cauſſa motuum omnium aliorum extra ſe a natura factorum, eſſe cœlum perſpicuis verbis docet Ariſtoteles alibi dicens: t *Eſt*

t 1. meteo. ſu. 1. cap. 2. *autem ex neceſſitate continuus quodammodo iſte ſuperioribus lationibus, vt omnis ipſius virtus inde gubernetur: vnde enim motus principium omnibus ineſt, illam*

*cauſ-*

A *cauſſam putandum primam.* Secunda ergo ſignifica-
tio Primi-Motoris eſt, quod immobile ab alio mo-
uet ſemetipſum, & alia cũcta; quod nihil eſt aliud,
quam Cœlum ſiue Mundus, vt [u] animatum. Ter- [u] 2. cœl. t. 13.
tia ſignificatione Primi-Motoris nomen ab Ari-
ſtotele tribuitur Intelligentiæ ſecundæ, cœlorum
orbibus appropriatæ generatim ſumptæ, primo
quidem vbi ait: [x] *Quare ſi neceſſe eſt quidem conti-* [x] 8. phyſ. t. 52.
*nue eſſe motum, eſſe quid oportet primum mouens im-*
*mobile, & non ſecundum accidens; ſi futurum eſt (vt*
*diximus) in iis quæ ſunt, vt ſit inceſſabilis quidam, &*
B *immortalis motus.* Hic enim quidam, hoc eſt parti-
cularis motus inceſſabilis & immortalis, adeoque
vitalis (nam mortale ac immortale ſunt propriæ
differentiæ vitæ) nullus eſt alius quam motus cęle-
ſtis; nam motus generatim ſumptus non apte dice-
retur quidam, ſed omnis; nec immortalis ac Vita,
ſed veluti Vita quædam, vt [y] antea præſtitit Ari- [y] 8. phyſ. t. 1.
ſtoteles: at motus cęleſtis in orbem, quum ſit ope-
ratio cęli, quod ab Ariſtotele ponitur [z] animatum, [z] 2. Cęl. t. 13.
eidem Philoſopho eſt vita [a] immortalis; agens e- [a] 2. Cęl. t. 17.
nim de cęlo qua Viuens eſt, ipſum appellat Dei no-
C mine, ipſique tribuit in Vitalem operationem im-
mortalem, motum æternum; inquiens: *Dei autem*
*operatio immortalitas eſt: hoc autem eſt vita ſempiter-*
*na: itaque neceſſe eſt motum ſempiternum Deo ineſſe:*
*quoniam autem Cœlum tale eſt (corpus enim quoddam*
*diuinum eſt) ob hoc habet circulare corpus, quod natu-*
*ra circulariter mouetur ſemper.* Cæterum motu cir-
culari cęlos mouent ſolum ſecundæ Intelligentiæ
ſphæris æthereis appropriatę; quum Deus toti mun
do aſſiſtat, nec vni tantum parti approprietur; & ſit
omnium

Digitized by Google

omnium motuum cauſa communis, non autem pro- A
pria vnius tantummodo motus orbicularis. Primus
itaq; Motor, a quo producitur in Cęlo motus cir-
cularis æternus, ac immortalis, Ariſtoteli eſt omnis
Intelligentia ſecunda infra Deum Cęlorum orbi-
bus appropriata. Deinde vero dicit hoc ipſum mox
b 8.phyſ t.53. addens: b *At vero ſi aliquid eſt ſemper huiuſmodi, mo-*
*uens quidem, immobile autem, & ipſum perpetuum; ne-*
*ceſſe eſt & ipſum primum; quod ab hoc mouetur perpe-*
*tuum eſſe.* Porro primum mobile perpetuum nihil
c 8.phyſ. t. 34. 35. 39.42.60 eſt aliud, quam cęleſte corpus; quod & c ſupra di-
ctum fuit primum-mouens-ſeipſum, & d alia; & ali- B
d 1. meteor. ſu. 1. c.2. bi, e ſæpius nuncupatur primum corpus, & primum
f elementum: Atqui cęlum ſingulum mouetur ab
e 1.cœl.t. 12.3. Intelligentia ſecunda infra Deum ſita; quum Deus
omnia g moueat, ceu cauſſa communis omnium:
f 1. meteo. ca. 2. præter enim cauſſas ſecũdas Ariſtoteles ponit om-
nium efficientium primum cuncta mouens, dum
f 1. meteo. ca. 1. ait: *& Homo hominem generat. Præter hæc item cuncta*
g 12. metap.t.24. *mouens, tanquam omnium primum.* Quod mouens
non determinatur ad vnum motum circularem in
cęlo promouendum, ſed cuncta mouet; vt infra ſuo
loco patebit. Itaque Primum-Mouens eſt Intelli- C
gentiarum Secundarum cęlis appropriatarum ge-
nus vniuerſum. Quam ſententiam profitetur etiam
8.phyſ. 84. poſtea Magiſter aſſerens, h *Neceſſe eſt autem aut in*
*medio, aut in circulo eſſe* primum-mouens-immobi-
le; *hæc enim principia ſunt: ſed celerrime mouentur*
*quæ proxima ſunt mouenti; huiuſmodi autem eſt ipſius*
*circuli motus: illic ergo ipſum mouens:* quibus agens
de loco, in quo proprie, ſi non circumſcriptiue, vt
aiunt Scholæ, ſaltem definitiue ſit Primus-Motor

immo-

A immobilis, Ariſtoteles decernit ipſum non eſſe in
medio, nimirum in Terra, vel in mundo ſubcęleſti;
ſed in circulo, ſiue corpore cęleſti, quod circulare
eſt; quia Phyſicus vt nomine medii non intelligit
punctum more Mathematico; ſic nomine circuli nō
ſignificat lineam circumferentiæ; ſed qui non ab-
ſtrahens a i materia ſemper deſinit vt K Simum, i 2. phyſ. t. 21.
Phyſiologum hic agens Ariſtoteles nomine centri, K 2. phyſ. t. 19.
ſeu medii Terræ elementum ſignificat, & vocabu-
lo circuli corpus orbiculare cœli: modo Deus Ari
ſtoteli non eſt appropriatus determinatę velut al-
ligatus vni parti mundi, ſed vbiq; l præſens poni- l 1. de part. cap. 5.
B tur in Vniuerſo, ac in ſingulis m Mundi partibus,
vt Intellectus n humanus eſt in toto homine, ac in m 7. eud. c. 18.
ſingulis corporis humanii partibus æqualiter. Sic n 1. met. ſu. 2. c. 2.
igitur tertia ſignificatio Primi-Motoris denotat v- 1. de an. t. 92.
niuerſum genus Intelligentiarum Secundarum in-
fra Deum cœlorum orbibus appropriatarum. Quar
ta & poſtrema ſignificatione nomen Primi-Moto-
ris præter ſecundas, indicat etiam Primam omniū
Intelligentiarum, quæ Deus eſt optimus Mundi to
tius rector; De quo primo motore ſimul & de nouiſ
me explicato tractat Ariſtoteles aperte dum ait: o o 2. phyſ t. 73.
C *Duplicia autem ſunt principia mouentia phyſice; quo-
rum alterum non phyſicum eſt: non enim habet motus
principium in ſeipſo: tale autem eſt, ſi aliquid mouet,
quod non mouetur; vt id quod penitus eſt immobile* (ec-
ce Intelligentiam ſecundam cęlo appropriatam) *&
quod omnium primum eſt*; ecce primam Intelligen
tiam, primumq; omnium principiorum penitus im
mobilium phyſice; proindeq; ſummum Deum, qui
mouet phyſice veluti cauſa prima concurrens cum

B omni-

omnibus cauſis ſecundis, ſic veluti cauſa communis concurrens cum ſingulis cauſis particularibus ad quoſcunq; motus naturales efficiẽdos. De quo Primo-Motore vtroq; pariter, tertiæ nimirum, & quartæ ſignificationis, poſterius etiam tractat Ariſtoteles inquiens: p *Quoniam autem oportet motum ſemper eſſe, & non intermitti; neceſſarium eſt eſſe aliquid perpetuum, quod primum mouet, ſiue vnum ſit, ſiue plura; & primum mouens immobile eſſe*; ſcilicet, quum motus, quem neceſſe eſt ſemper eſſe, & non intermitti, duplex ſit Ariſtoteli; vnus quidem motus vniuerſim ſumptus, alter vero motus cœlorum orbicularis; de quorum vtriuſque perpetuitate loquitur in præſentia: quumque motus æternus, qui cunctas mutationes complectitur, vnus ſit genere; motus autem æternus in cœlo multiplex ſit ad orbium multitudinem; nam vnus motus ſimplex eſt ſolum vnius corporis ſimplicis, vt q alibi docet Ariſtoteles: Propterea Primum-Mouens immobile, quod ex æternitate motus cœleſtis colligitur, eſt multiplex Intelligentia ſecunda ad multitudinem orbium cęleſtium; vt † alibi pariter oſtendet Philoſophus: at Primum Mouens, quod elicitur ex perpetuitate Motus generatim ſumpti, eſt vnum numero, r Deus optimus. Itaq; Primus-Motor immobilis eſt Ariſtoteli tum multiplex Intelligentia motus cęleſtes abſq; intermiſſione promouens: tum Deus optimus vnus Motum ſemper aliquem in mundi partibus pluribus efficiens. De quo ſimiliter vtroque Primo-Mouente loquitur adhuc infra Magiſter ſ his notis: *Si igitur perpetuus motus eſt, perpetuum erit & mouens primum, ſi vnum eſt; ſin vero plura,*

p 8. phyſ. t. 45.

q 1. cœl. t. 8. & ſeq.

† 12. met. t. 42. & ſeqq.

r 12. met. t. 49. 56.

ſ 8. phyſ. t. 48.

A *plura, plura perpetua: vnum autem magis quam mul-*
*ta, & finita quam infinita oportet exiſtimare: eiſdem*
*enim accidentibus ſemper finita magis accipere opor-*
*tet: in iis enim, quæ natura ſunt, oportet finitum, & id*
*quod melius eſt, ſi contingat, eſſe magis: ſufficiens autē*
*eſt, etiam ſi vnum, quod, quum primum immobilium*
*perpetuum ſit, erit aliis principium motus. t Mani-* t 8. phyſ.
*feſtum autem eſt ex hoc quod neceſſe eſt eſſe aliquid v-* t. 49.
*num, & perpetuum Primum-Mouens.* nimirum ex
perpetuitate motus colligit hic Ariſtoteles perpe-
tuitatem Primi-Mouentis: & quum motus perpe-
B tuus duplicis generis exiſtat; vnus quidem motus
vniuerſim ſumptus, qui vnicam numero perpetuita
tem habet, veluti catenam quandam ſingulos mo-
tus in eodem genere ſibi inuicem ſuccedentes, ac
ſubordinatos colligantem: alter motus peculiaris,
qui ſpectatur æternus in corporibus cœleſtibus, ad
quorum numerum multiplicatur: Et quum ſemper
vniuerſalia ſint natura u priora ſingularibus ſub ſe u 1. poſt
contentis: Propterea vt motus perpetuus genera- t. 12.
tim ſumptus pendet ab vno Primo-Motore per-
petuo, qui Deus eſt, ac primus omniū motorum im- x 1. cœl
C mobilium, iiſque principiū motus; nam omnia x de- t. 100.
pendent in eſſe ac in operari a ſummo Deo, tum y 12. me
velut a cauſſa y finali; tum velut a cauſſa effectrice t. 53.
gubernante z conſeruanteq; ſingula; tum etiam ve- z 12. me
lut a cauſſa formali a totius mundi: hic plane motus t. 56.
perpetuus, qui viget in cęlis, quum multiplex ſit, a 1. met
pendet a pluribus Primis-Motoribus perpetuis, ſu. 2. cap
numero tamen finitis, qui ſunt Intelligentiæ ſecun- 2. & 12
dæ infra Deum cęlis voluendis appropriatæ, quæ meta.
multiplicantur ad c numerum orbium cęleſtium, 49.
b 2. met
t. 42. &
ſeqq.
c 2 met
t. 56.

adeoq; finitæ ſunt, vt illæ ſphæræ ab iis circumdu-ctæ. Sic igitur Primus-Motor immobilis perpetuus ab Ariſtotele ponitur, præter multiplicem Intelligentiam cęlo appropriatam. vnus Deus vniuerſum Mundum regens, ac in eius partibus omnibus motum ſemper efficiēs, nimirum concurrens cum omnibus aliis motoribus tum primis, tum quoque ſecundis tanquam eorum optimus gubernator c in ſingulis ipſorum motibus promouendis. Denique vero de hoc Primo-Motore omnium agit alio loco Philoſophus inquiens: d *Quum autem mouens, in naturalibus quidem homo, in his vero, quæ a mente ſiunt, ipſa forma; vel contrarium ſit; modo quodam tres profectò Cauſæ erunt, alio vero modo quatuor: ſanitas namque quodammodo eſt Ars Medendi, & Aedificatiua forma domus; & homo hominem generat: præter hęc item cuncta mouens tanquam omnium primum*. Quorum ea eſt interpretatio. Cauſa mouens abſolute ſpectatur & in rebus naturalibus, diciturque natura; & in rebus artificialibus, quæ ideo dicuntur a mente factæ; quoniam Ars earum * effectrix eſt habitus e intellectus; cauſa mouens dicitur eſſe forma introducenda; quæ finis eſt mouens effectricem cauſam ad operandum: vel contrarium; nimirum cauſa efficiens quatenus carens ac priuata fine, procurat illius adeptionem: quo factum eſt vt finis intentione coincidens cum effectrice, ab ea diſtinctus ratione nobis occaſionē præbeat dicēdi cauſas eſſe intentione tres, ratione quatuor: nam in artificioſis ſanitas, quæ finis eſt Medici, quodammodo eſt Ars medendi; quoniam Medendi Ars eſt habitus intellectus conſiſtens in cognitione ſanitatis

c 12. me-t. 56.
d 12. me. t. 24.
* 6. meta. t. 1.
e 6. ethic cap. 3. 4.

A B C

A per omnes ſui cauſas tum effectrices, tum conſer-
uatrices: & in artibus etiam mechanicis Aedifica-
tiua ſimliter eſt habitus intellectus conſiſtens in no-
titia formæ domus ædificandæ, quæ forma domus
eſt finis abſens aſſequendus & comparandus ab Ae
dificatore: in rebus autem naturalibus homo gene-
rat hominem; quum homo genitus, qui finis eſt ge-
nerationis, coincidat in ſpecie cum homine gene-
rante, qui cauſa eſt efficiens: quam theoriam cla-
rius attulit f olim Ariſtoteles inquiēs: *Quum autem* f 2. phy
*cauſſæ quatuor ſint, de omnibus eſt phyſici cognoſcere;* t. 70.
B *& ad omnes reducens ipſum propter quid aſſignabit*
*phyſice materiam, formam, ipſum mouens, & id cuius*
*gratia. Veniunt autem tres in vnam plerunque; ipſum*
*enim quid eſt, & id cuius gratia, vna eſt; ipſum ve-*
*ro vnde motus primum, ſpecie eadem eſt his: homo enim*
*hominem generat.* Nimirum vt in naturalium gene-
ratione cauſæ dici poſſunt tres re, quatuor ratione;
ſiue duæ re, & quatuor ratione; quia forma, finis,
& efficiens in vnam plerunque coincidunt, partim
numero, vt forma, & finis, partim ſpecie vt finis, &
efficiens: ita in artificialium effectione cauſæ tres
C quodammodo ſunt, & quodammodo quatuor. Cæ-
terum præter has cauſas particulares neceſſario re-
quiſitas ad producendos effectus tum naturales tũ
etiam artificioſos, communem aliam cauſam mo-
tricem g hic Ariſtoteles ait neceſſariam eſſe, ſine g 12 met
qua neque naturalis vlla cauſa, neque Artificialis c. 24.
poteſt vllos effectus edere, dum ait: *Præter hæc* mo-
uentia particularia tam in naturalibus quam
in Artificialibus, *item* neceſſarium eſt vt con-
currat *cuncta mouens* Deus *tanquam omnium mo-*

*uentium*

*uentium primum*. De quo placitum idem alicubi A
pronunciauerat Ariſtoteles ita: [h] *Deus eſt in vni*
h 7. eude. c. 18. *uerſo, & viciſſim cuncta in illo: mouentur enim omnia*
*ab inexiſtente in nobis Numine*. ſiquidem Deus ita eſt in vniuerſo, vt in rebus naturalibus ſit primũ mouens omnia phyſica producens mediantibus cauſis ſecundis, quas in agendo gubernat; & in rebus artificialibus ſit primum item mouens inexiſtens in nobis artificibus, nosque regens in quibusque rebus artificialibus producendis vt apte Deus aſſeratur eſſe primum mouens omnia abſolute. Nec omittendus eſt alius locus illuſtris, in quo Philoſophus rationem Primi-Motoris attribuit tum Intelligentiis cęlorum motricibus; tum maxime ſummo B
i 2. de gē. t. 6 . Deo, dum inquit: [i] *Quoniam autem neceſſe eſt eſſe aliquod mouens, ſi motus erit, vt dictum eſt prius in aliis: &, ſi ſemper, quod oportet aliquid ſemper eſſe: &, ſi continuus, vnũ, idem, & immobile, & inalterabile, & ingenerabile: &, ſi multi circulares motus, multa quidem, omnia autem quodammodo eſſe hæc neceſſe ſub vno principio: continuo autem exiſtente tempore, neceſſe motum continuum eſſe; ſiquidem impoſſibile tempus ſine motu eſſe, continui igitur alicuius numerus tempus: circularis ergo; quemadmodum in his, qui in principio ſermonibus, determinatum eſt*: Nimirum C
hic epilogo complectitur ea, quę de Primo Moto re dicta ſunt in octauo phyſicorum, ſtatuens, ſi motus eſt, neceſſario eſt Mouens; ſi motus eſt ſemper, neceſſario ſemper eſſe Mouens; ſi motus eſt continuus, neceſſarium eſt eſſe vnum, & idem Mouens immobile, inalterabile, & ingenerabile: ſi multi ſunt circulares motus, qui vere multi ſpectantur in cęl

ater-

A æterni, multa neceſſario eſſe mouentia cęlorum ; quæ tamē omnia ſint ſub vno principio Primo-Mouente ; quod principium vnum ſummus Deus eſt, omnia Mouentia particularia gubernans, omnibusque cooperans in ſingulis eorum motibus efficiendis. Ex habita theoria iam vnicuique ſatis apparet, apud Ariſtotelem nomine Primi-Motoris quatuor potiſſimum ſignificari, Finalem cauſam generatim, Coelum ſeu Mundum, Intelligentiam omnem cęlo mouendo appropriatam, & Deum omnia gubernantem.

B

*Colligitur ex traditis quaternarius numerus Primi-Mouentis ; & in quo ſita ſit ratio communis, & idea Primi-Motoris.*

CAPVT II.

QVum in Primo-Motore duo ſint eſſentialia, conditio Prioritatis, & Efficientia, ſiue vt Scholæ dicerēt, Primitas & Motiuitas: ex vtriſque poſſumus elicere tum rationem numeri quaternarii, ſeu multiplicitatis Primi-Motoris. Ex con-
C ditione quidem Primi non difficile fuerit haurire quatuor eſſe Primos-Motores prædictos; quia Motor Primus ideo dicitur quoniam non habet motorem priorem alium extra ſe, ſiue a ſe diſtinctum, a quo moueatur; proindeque Primus Motor omnis, qua Primus, eſt [a] immobilis ab alio. Cęterum Primus-Motor eſt immobilis ab alio ; vel in eo quod primus, vel abſolute: ſane Primus-Motor, qui eſt immobilis ab alio, non abſolute, ſed in eo quod Primus, eſt cauſa Finalis, ac ipſum appetibile bonum,

[a] 8. phyſ. t. 34. 35. 39. 42.

vt

vt ait [b] Ariſtoteles;nam appetibile bonum plane quieſcens, & abſque ſui motu penitus, incutit ſui deſiderium cognoſcentibus eius bonitatem, eosque immediate mouet ac impellit & excitat ad operandum; medianteque tali agente a ſe impulſo motoque [c] metaphorice, phyſice promouet motum ab efficiente productum: cæterum extra talem rationē finis, plerunque res eſt ab alio mobilis; etenim ſanitas mutabilis eſt; ac flos à puella carpitur, qui puellam ad ſe pellexerat pulchritudine ſua. Primus autem Motor, qui ſimpliciter immobilis eſt ab alio, rurſum geminus eſt; nam vel primus eſt inter corpora compoſita; & hic Motor primus Ariſtoteli Mundus eſt, ſiue Cœlum; vel primus inter formas corporum; & huiuſmodi pariter duplex eſt: quia vel primus eſt inter formas, quæ ſunt appropriatæ, particularesque cauſæ; ac huiuſmodi Motor eſt Intelligentia quælibet cęlorum motrix, quę prior eſt cunctis formis ſubcęleſtia determinate immediateque mouentibus: vel primus eſt inter formas motrices abſolute; ac huiuſmodi Primus-Motor eſt Deus. Quatuor itaque ſunt ea, quibus apte conuenit nomen & idea Primi-Motoris, Finalis Cauſa, Mundus ſeu Cęlum, Intelligentia cęlos gyrans, & Deus optimus Mundum regens. Quem numerum etiam colligere poſſumus ex eadem conditione Primitatis alia ratione; nimirum quatenus eſſe Primū dicit excluſionem prioris mouentis, & nititur immobilitate ab alio; quandoquidem Primum-Mouens eſt immobile ab alio, vel in eo quod mouens eſt; vel abſolute: Porro Primum-Mouens, immobile ab alio, non abſolute, ſed formaliter in eo quod

[b] 3. de an. t. 54.

[c] 1. de gener. t. 55

Pri-

Primum-Mouens, eſt Cauſa Finalis *d* Ariſtoteli:
A Primum autem Mouens immobile ab alio ſim-
pliciter, itidem duplex eſt; nam aliud moue-
tur a ſeipſo; & huiuſmodi eſt Cęlum, ſiue Mun-
dus; aliud eſt penitus immobile, etiam a ſeipſo;
& hoc rurſus geminum eſt; nam aliud eſt im-
mobile ſolum phyſice, ſed tamen mouetur meta-
phorice a fine a ſe diſtincto; & huiuſmodi eſt Intelli
gentia Cęlos voluens: aliud eſt penitus immobile,
quia ſuimetipſius gratia agit, nec extra ſe finem vl-
lum habet, a quo vel metaphorice impellatur ad a-
gendum; & huiuſmodi Primum-Mouens eſt Deus
B ipſe ſolus. Primi Mouentis igitur nomen, & ratio
competit Cauſſæ Finali, Cęlo, Intelligentiæ, ac
ſummo Deo. Quem quaternionem Primorum-Mo
uentium habere poſſumus item ex officio mouendi;
nam Primum Mouens aliud eſt quod mouet *e* meta-
phorice, cuncta efficientia realiter excitans ad mo-
tum phyſicum *f* producendum; & huiuſmodi eſt
Cauſa *g* Finalis: aliud eſt quod mouet omnia phy-
ſice; quod inſuper eſt geminum; nam aliud mouet
C omnia, vt principiũ Quod nuncupatum in Scholis,
& adæquatum; & huiuſmodi eſt Mundus, ſiue Cę-
lum, quod *h* ſeipſum mouet, & omnia intra ſe *i* con-
tenta; aliud eſt principium quo primo, ſeu principa-
le; quod mouens adhuc duplex eſt; aliud mouet
immediate cæleſtia corpora, & ijs mediantibus om-
nia ſubcæleſtia; & hoc primum-mouens eſt Intel-
ligentia cęlos voluens: aliud mouet omnia conſimi
liter, ceu cauſa totius Mundi, & omnium commu-
niſſima; quod Primum-Mouens eſt Deus vniuer-
ſum temperans, & in vniuerſo cuncta ſemper bene

C guber-

*d* 3. de an. t. 54.
*e* 1. de gẽ. t. 55.
*f* 1. de part. c. 1.
*g* 3. de an t. 54.
*h* 8. phyſ. t. 40. & ſeqq.
*i* 1. meteo cap. 2.

Digitized by Google

gubernans. Itaque Primum-Mouens quadruplex eſt, Finis, Mundus, Intelligentia, Deus. Ratio vero communis, & idea Primi-Mouentis horum ſingulis conueniens eſt Immobilitas-Motiua; quæ quũ varie participetur ab horum vnoquoque; propterea quatuor in ſpecies, vt ita dicam, reſoluitur generica Primi-Mouentis eſſentia. A

*Naturæ nomine quot, quæque res in propoſito noſtro ſignificentur ab Ariſtotele; ſpeciatimque demonſtratur vere Naturam eſſe rerum phyſicarum tum cauſam ſingulam per ſe, materiam, formam, finem, & efficientem; tum eſſentiam compoſitam.* B

## CAPVT III.

INtroſpecta iam varietate, ſeu multiplicitate Primorum-Mouentium; age nunc apud eundẽ Ariſtotelem intueamur differentias Naturę proprie dictæ. Porro quinque potiſſimum eſſe videntur quibus Ariſtoteles varia ratione Naturæ nomen aſſignauit; nimirum ſingulæ quatuor Cauſæ, materia, forma, finis, & efficiens, ad res phyſicas coarctatæ; quin & ſubſtantia ſeu eſſentia compoſiti naturalis. C Proculdubio materiam eſſe Naturam, & id veteres agnouiſſe monet[a] Ariſtoteles; & ipſe hoc illis aperte conſentit[b] multis in locis; vt de propoſito nulli dubium eſſe debeat: Eſt autem hæc natura principium motus aut paſſiuum, aut inſtrumẽtaliter actiuum: paſſiuum quidem ſi ſermo ſit de materia prima; quia penitus actum omnem[c] formalem excludens, a quo prouenit omnis[d] actio, purum putum principium[e] paſſiuum recte conſtituitur ab Ariſto-

a 2. phyſ. t. 10.
b 2. phyſ. t. 4. 10. 21. & ſeq. 5. met. t. 5.
c 1. phyſ. t. 69.
d 3. phyſ. t. 17. 2. de an. t. 24.
e 1. phyſ. t. 56.

Digitized by Google

A Ariſtotele: Qui pariter materiam ſecundam in re-
bus inanimatis principium motus localis paſſiuum f 8. phyſ.
tantum, ac nullo modo actiuum f. confitetur. At t. 33.
vero materia ſecunda in viuentibus eſſe poteſt prin
cipium actiuum, inſtrumētale tamen, ac ſecunda-
rium, motus & localis, & alterationis, & augmen-
ti, nam anima generatim definitur eſſe actus pri-
mus corporis naturalis g inſtrumentalis: conſtitu- g 2. de an. t. 7.
iturque cauſa finalis, cuius gratia in viuente ſunt h h 2. de an. t. 45. & 50
ignis concoquens, & augens, nutriensque; pedes am
bulationi deſeruientes, & omnia corpora natura- i 2. de an.
B lia cætera, velut i inſtrumenta. Vnde conſtat mate t. 37.
rialem cauſſam, quæ ad ſummum eſt inſtrumen-
tum, ac proinde ſecundario mouens, ac ſemper
mouens motum ab alio, quod eſt agens primarium,
recte ſuperius a nobis connumeratam minime fuiſ-
ſe inter illa, quibus proprie conuenit Nomen, &
Ratio Primi-Mouentis. Formam itidem quam-
cunque rerum naturalium (loquimur de forma quæ
ſubſtantia eſt, nō de accidentali) Naturam eſſe k fre k 2. phyſ.
quentiſſime nos edocet Ariſtoteles: immo vero pro t. 4. 10. 21 & ſeqq.
bat ipſam formam eſſe l magis Naturam, quam 5. met. t. 5.
C ſit materia; quia quum Natura ſit id, cuius partici- l 2. phyſ.
patione res ſunt, & dicuntur naturales: per materiæ t. 12.
præſentiam res non ſunt adhuc naturales actu; ſed
potentia tantum; per præſentiam vero formæ, res
dicuntur & ſunt actu naturales; menſtruum etenim
nunquam dicetur homo, quum formam hominis
non habeat; at in eo poſita forma hominis, tunc eſt
actu homo, diciturque vere homo. Quin & ſolum
intellectum, puramque rationalem animam eſſe m 9. ethi. c. 4. &
hominem non m ſemel notauit Ariſtoteles; di- 10. ethic. c. 7.

 cens

Digitized by Google

cẽs vnumquodque id eſſe, quod in eo eſt ſummũ; at A
longe ſecus ac Plato, quemadmodum nos opportu-
niori loco [n] diſcuſſimus: Verum verba Magiſtri de
natura formæ, ac materiæ talia ſunt: [o] *Et magis na-
tura hæc eſt, quam materia; vnumquodque enim tunc
dicitur, quum actu ſit, magis, quam quum potentia:* &
alibi ſimiliter [p] *Natura vero hæc, prima materia: &
hæc dupliciter, aut quæ ad ipſum prima, aut ſimpliciter
prima: & forma, & ſubſtantia; hæc autem eſt genera-
tionis finis: Metaphorice vero omnino omnis ſubſtan-
tia natura propter hanc dicitur, quoniam & natura eſt
aliqua ſubſtantia.* Vt propriiſſime natura dicatur for- B
ma, quia eſt principaliter, & maxime natura; cæ-
teræ quum ſint minus naturæ, ad formam compara-
tæ dicantur quoquo pacto metaphorice naturæ; po-
tiſſimum ſubſtantiæ compoſitæ; qua enim ratione
ſingularia in habitudine ad genera, & ſpecies di-
cuntur proprie principaliter & maxime ſubſtantiæ,
ſpecies minus ſubſtantiæ, genera minus adhuc ſub-
ſtantiæ ab [q] Ariſtotele; cui tamen omnes vere ſub
ſtantiæ ſunt; ſic plane forma in habitudine ad ma-
teriam, & ad compoſitum, & ad cauſſam efficiẽtem,
atque ad finem dicitur proprie principaliter & ma- C
xime Natura; minus natura materia eſt; minus ad-
huc ipſum compoſitum, & efficiens, ac finis; omnes
tamen abſolute ſunt proprie Naturæ. Forma vero
eſt Natura, quia eſt principium motus, actiuum
quidem in animalibus, ſeu viuentibus, quæ mo-
uentur, a ſeipſis motu augmenti, & decrementi,
vel etiam locali: paſſiuum autem in inanimatis;
nam ea moueri ab externo [r] motore, ſatis aperte
probauit Ariſtoteles, dum oſtendit ipſa nonniſi a

gene-

[n] 4. de anim. cap. 6.
[o] 2. phyſ. t. 12.
[p] 5. met. t. 5.
[q] Præd. cap. de ſubſt.
[r] 8. phyſ. t. 27. 29. 32.

A generante per ſe moueri, vel a remouente imped.-
mentum, velut a mouente per accidens. Eſt etiam
eo nomine præcipue forma naturæ; quia conſtituit
in eſſe res naturales, iisque tribuit eſſe phyſicum;
vt ait ſ Ariſtoteles. Tertio loco Natura proprie ſ 2. phyſ. t. 12.
dicitur Cauſa efficiens res naturales, vt Ars dicitur
Cauſa efficiens res artificioſas: de qua Natura mul-
tas habemus apud Ariſtotelem ſententias euiden-
tiſſimas; inprimis enim dicens alicubi Magiſter: t *Eo-*
*rum, quæ ſunt, alia quidem ſunt natura, alia vero pro-* t 2. phyſ. t. 1.
*pter alias cauſas: natura quidem ſunt animalia, & par*
B *tes ipſorum, & plantæ, & ſimplicia corpora &c.* mox
addit: u *Lectus autem & indumentum, & ſi quid hu-* u 2. phyſ. t. 2.
*iuſmodi aliud genus eſt, ſecundum quod quidem ſor-*
*titum eſt prædicationem vnamquamque, & quatenus*
*eſt ab Arte, ne vnum quidem habent impetum muta-*
*tionis innatum*. Ex quibus aperte conſtat Ariſto-
teli Naturam eſſe Cauſam effectricem rerum na-
turalium, ſicut Ars eſt cauſa effectrix rerum ar-
tificialium. Quin & paullo x poſt aſſerens Ari- x 2 phyſ. t. 12.
ſtoteles, Hominem eſſe a Natura, naturam ipſam y 1 cæl. t. 32.
ponit eſſe cauſſam effectricem hominis; quippe 3. de an. t. 45. 60.
C proprius effectricis cauſſæ characteriſmus eſt, eſſe 1. de part. c. 1.
id a quo res efficiuntur. Pręterea Philoſophus, cui
ſæpiſſime Natura nihil fruſtra y facit; & de poſſibi- z 1. cæl. t. 34.
libus facit z ſemper, quod melius eſt, perſpicue de an. inc. c. 2.
conſtituit Naturam eſſe cauſſam effectricem, ſeu 2. de part. c. 14. &
cauſſam effectricem in operibus phyſicis eſſe Natu alibi paſſim.
ram. Inſuper Ariſtoteles confirmans Naturam eſ-
ſe cauſſam ex earum genere, quæ a agunt propter a 2. phyſ. t. 75. &
finem; clare nos docet, rerum naturalium cauſſam ſeqq.
effectricem eſſe Naturam. Denique vero, vt alia
multa

Digitized by Google

multa prætercam, Ariſtoteles agens dedita opera A de Natura ſcribit, [b] *Natura dicitur item vnde primus motus in vnoquoque eorum, quæ natura ſunt, in eo ſecundum quod ipſum eſt:* Id autem, vnde primum principium motus in rebus ſecundum ſe motum habentibus oritur, eſt cauſſa [c] efficiens Ariſtoteli: cui propterea Natura dicitur omnis cauſſa efficiens rerum naturalium, ſeu cauſſa efficiens motum in rebus naturalibus. Quarto Natura ſignificat etiam cauſſam finalem rerum phyſicarum; id enim primũ innuit Ariſtoteles inquiens, [d] *Amplius autem Natura dicta vt generatio, via eſt ad naturam: non enim* B *vt medicatio dicitur non ad Medicinam via, ſed ad ſanitatem (neceſſe enim eſt a Medicina, non ad Medicinam eſſe medicationem) ſic natura ſe habet ad naturam; ſed quod naſcitur, ex quodam in quoddam venit, quatenus naſcitur; non ad id, ex quo, ſed ad quod.* Quibus verbis Ariſtoteles ait, Generationẽ appellari naturã, quia eſt via ad naturam: hæc autẽ natura, ad quã generatio eſt via, duplex eſt; forma nimirũ, quæ terminus eſt primarius, ad quem tẽdit generatio; & compoſitum generabile, quod eſt terminus adæquatus, ad quem tendit eadem genera- C tio: Quum autem forma, & compoſitum, ad quæ duo tendit generatio, ſint generationis duæ cauſſæ finales, vna principalis, altera adæquata; iam conſtat finem eſſe Naturam, a quo generatio denominatur & ipſa Natura; nam Ariſtotelis decreto, [e] *Iuſtum eſt denominare omnia a fine.* Deinceps hãc eamdem theoriam explicans Ariſtoteles vbi varia proponit Naturæ ſignificata, dicit, [f] *Natura igitur & forma, & ſubſtantia; hæc autem eſt generationis finis*

[b] 5. met t. 5.

[c] 2. phyſ. t. 28.

[d] 2. phyſ. t. 14.

[e] 2. de ai t. 49.

[f] 5. met. t. 5.

A *nis*. Addimus & Ariſtotelem alibi dicentem, g *Præſertim quum bifariam Naturã intelligamus, vt altera pro materia ſit, altera pro ſubſtantia: quæ quidem & vt mouẽs, & vt finis eſt*. Nec omittendũ eſt, Ariſt. alio in loco dicere, h *Inſuper eiuſdẽ eſt id, cuius gratia, & finem, & quæcumque ſunt horum gratia: Natura autem finis eſt & id, cuius cauſſa*. Finis igitur naturalium rerum eſt vere proprieque Natura. Quinto & poſtremo loco, ſubſtantiam compoſitam eſſe ac appellari Naturam, non ſemel docuit Ariſtoteles; in primis enim ait, i *Vt enim Ars dicitur quod ſecun*-B *dum artem, & artificiale; ſic & Natura, quod ſecundũ naturam dicitur, & quod naturale*: naturale vero eſt corpus phyſicũ, quod eſt ſubſtãtia cõpoſita ex materia, & forma k Ariſtoteli. Deinde ſcribens Ariſtoteles, l *Quare & quæcumque natura ſunt, aut fiunt, iam exiſtente, ex quo aptum eſt fieri, aut eſſe, nondum dicimus naturam habere, ſi ſpeciem, & formam non habeant: Natura igitur, quod ex ambobus his eſt, vt animalia, & partes eorum. Natura vero hæc prima materia: & hæc dupliciter, aut quæ ad ipſum prima, aut ſimpliciter prima; vt puta operum æneorum ad ipſa qui*-C *dem æs primum; ſimpliciter autem aqua fortaſſis, ſi omnia quidem liquabilia aqua*: Quum autem aqua, & omnino materia ſecunda, quæ non ſimpliciter prima eſt, ſit compoſita ſubſtantia; iam ſatis conſtat Ariſtoteli ſubſtantiam compoſitam eſſe Naturam. Quod euidentius immediate ſubnectit addens, *Et forma, & ſubſtantia: hæc autem eſt generationis finis*: nam ſubſtantia, à forma contradiſtincta, quæ finis eſt adæquatus generationis, nulla eſt alia, niſi compoſita ex materia & forma. Sed & alibi

g 1. de part. cap. 1:

h 2. phyſ. t. 23.

i 2. phyſ. t. 11.

k 2. de an. t. 3.

l 5. met. t. 5.



Digitized by Google

ſibi dixerat Ariſtoteles. m *Finem autem hanc eſſe illius* A
*gratia aſſerere vbique ſolemus, quoties finem intelligi-*
*mus aliquem, in quem motus (ſi nulla res prohibet) ter-*
*minetur: quocirca eiuſmodi aliquid eſſe conſtat, quod*
*naturam vocamus: non enim quodlibet, & vtcumque*
*fors tulit, ex quouis ſemine oritur, ſed ex hoc hoc: ne-*
*que ex corpore quolibet ſemen quodlibet prodit: prin-*
*cipium namque, & efficiens rei, quæ gignitur, ſemen*
*eſt: ſunt hæc enim Naturæ; & proinde ex hoc enaſcun-*
*tur; atque etiam prius quam hoc, illud eſt, vnde ſemen*
*exprimitur: Semen enim ipſum generatio eſt; finis*
*vero ſubſtantia: vtriſque autem his prius illud eſt, a* B
*quo proficiſcitur.* Si ergo animalia & plantę natu-
ra eſſe dicuntur, quia fiunt a ſemine, atque ab eo,
vnde ſemen prodijt; quum ſemen, & id a quo ſemen
prodijt, ſit ſubſtantia compoſita, ſcilicet animal, &
planta; iam Ariſtoteli planta, & animal, & ſemen,
quorum ſingulum eſt ſubſtantia compoſita, vere
proprieque Natura dicetur. Sique finis, in quem
motus generationis terminatur, eſt vere Natura;
quum generatio terminetur in ſubſtantiam compo
ſitam animalis, & plantæ, velut in ſui finem adæ-
quatum; certe ſubſtantia compoſita dicenda eſt ve C
re Natura. Denique vero ſcribens Ariſtoteles,
n *Quod autem ſit natura tentare demonſtrare, ridicu-*
*lum eſt: manifeſtum enim eſt quod huiuſmodi entia*
*ſunt multa; demonſtrare autem manifeſta per imma-*
*nifeſta, non potentis iudicare eſt quod per ſeipſum &*
*non per ſeipſum notum eſt: Quod autem contingat hoc*
*pati, non immanifeſtum eſt: ſyllogizare enim quis*
*poſſit de coloribus, quum a natiuitate ſit cæcus: quare*
*neceſſe eſt talibus de nominibus eſſe ſermonem, nihil*
*au-*

m 1. de part. c. 1.

n 2. phyſ. c. 6.

A tem intelligere. Vnde conſtat, Ariſtotelem aſſerentem, ridiculum eſſe tentare demonſtrare Naturam eſſe, quia per ſe notum ſit, ac manifeſtum ſenſui multa entia huiuſmodi eſſe, quæ non ſolum in ſe tale principium habent, quod natura dicitur, ſed quæ ipſa (vt innuit Pſellus) natura dicuntur; quum talia entia multa nulla ſint alia, niſi ſubſtantiæ compoſitæ; iam ſatis apertum eſt Naturę nomen etiam compoſitę ſubſtantiæ conuenire. Quare quinque ſunt, quæ ab Ariſtotele dicuntur eſſe vere ac proprie Natura, Materia, Forma, Efficiens, Finis, & Subſtantia Compoſita. Conueniunt autem B hæc in ratione Naturæ, quod ſingula quoquopacto ſi non eamdem, ſaltem variam habēt rationem Naturę: quid iſi dixero ſingula eſſe principium primarium motus & quietis naturalis per ſe, in quo eſt nō ſecundum accidens? etenim de Materia, & de Forma nulli dubium eſt: de cauſſa vero effectrice, finali, & de cōpoſita ſubſtātia dubium videtur, quomodo ſingulis competat hæc ratio naturę. Ceterum C de cauſſa efficiente duo dicere poſſumus in propoſito; vnum eſt, quod qua ratione Magiſter ait, [o] formam & effectricem cauſſam in vnam coincidere plerumque, ſi non numero, ſaltem ſpecie; pariter aſſerere poſſumus, generans eſſe principium motus in eo, in quo eſt, ſi non ſecundum numerum, ſaltem ſecundum ſpeciem: Alterum eſt, quod Natura non omnem, totamue ſui eſſentiam obtinet in eo ſitam, quod eſt eſſe principium motus internum; ſed etiā in eo, quod eſt conſtituere in [p] eſſe res naturales, vt ait Ariſtoteles: at vero nemo negauerit, generans conſtituere in eſſe res naturales, quas producit; quū

o 2. phy t. 70.

p 2. phy t. 12.

D gene-

generatio ſit conſtitutio rei, quæ generatur, in eſſe; A
q 5. phyſ. namque [q] definitur eſſe mutatio, qua promouetur
t. 4. 7. quid de non eſſe ad eſſe. De Fine nulli dubium eſ-
ſe debet, quicunque legerit Ariſtotelem, aſſeueran
tem Finem eſſe [r] primum mouens, & [ſ] principatum
r 3. de an. obtinere cauſarum in rerum generatione promo-
t. 54. ſ 1. de uenda, quia motus eſt [t] Ariſtoteli. De compoſita
part. c. 1. ſubſtantia [u] dicimus, eam eſſe principium motus eo
t 3. phyſ. t. 6. modo, quo finis; nam ea eſt finis adæquatus gene-
u 4. phy. t. rationis. Dicimus etiam animalia moueri ſecun-
132. a 8. phyſ. dum locum a [a] ſeipſis; adeoque ſingulum animal
t. 20. 27. ſibimetipſi eſſe principium motus internum adæ- B
29. & ſeq. quatum. Dicimus item, in ſubſtantia naturali cō-
poſita nos poſſe duas compoſitiones inuicem ſubor
dinatas, duaſue ſubſtantias compoſitas conſidera-
re; vna quidem eſt ſubſtantia compoſita ex mate-
ria & forma, in ea prioritate Naturæ, qua præcedit
omnia ſua accidentia; quæ a Scholis appellatur eſ-
ſentia, ſubſtantia intelligibilis, ſeu quidditas, & for
ma totius: & hæc proprie dicitur [x] Natura, & prin-
x 2. phy. t. 12. cipium motus internum: altera eſt ſubſtantia com-
2. de part c. 1. poſita ſenſibilis; conſtituta ex priori ſubſtantia, &
accidentibus in ea neceſſario naturaliter inexiſten- C
tibus: modo ſubſtantia mobilis, quæ ſubiectum
eſt motus adæquatum, non eſt prior illa ſubſtantia
y 8. phy. t. 40. 46. ſine accidentibus; quoniam Ariſtoteli omne mobi-
z 5. phy. t. 8. le, omneue quod mouetur, neceſſario [y] quantum
eſt, [z] continuum, [a] diuiſibile, corpuſque naturale
a 4. phy. t. 99. 113 conſtans ex materia ſenſibili; quæ ſine acciden-
& 6. phy t. 37. bus non eſt; quum ſenſus non attingat nudam [b] ſub-
b 2. de an. ſtantiam: in hoc autem aggregato, quod appella-
t. 65. tur corpus mobile, ſiue corpus naturale [c] ſenſibile,
c 1. cæl. t. 2. 95. 98 ineſt

A ipſiſſimam quam principium internum [illegible] totius, a 2. phy. t. 1.
adeoque ſubſtantia compoſita ex materia, & forma 5. meta. t.
ſubſtantiali pura: quę ſubſtantia quum, vere ſit
principium primum motus & quietis, in quo eſt non 5. de part.
ſecundum accidens; aptiſſime multis in a locis nun- cap. 1.
cupatur, ab Ariſtotele ſtatuitur eſſe vere proprie- 2. phyſ. t. 6.
que Natura.

*Colligitur ex habitis multiplex vera Naturæ ratio [illegible] ſiuſque declaratur eſſentia, ſeu definitio Naturæ propriè dictę.* CAP. IV.

B IAM explicatis varijs Primi-Mouentis, & Naturæ ſignificationibus, ſeu differentijs, ad propoſitum noſtrum attinentibus; cominus accedentes ad ſcopum noſtræ contemplationis; quando nouimus rationem & ideam Primi-Mouentis in eo ſolo totam contineri, quod in motu efficiendo non pendeat, moueaturque phyſice ab alio motore; quam rationem appellamus immobilitatem-motiuam: Conſiderandum, ac determinandum eſt in præſentia, quid & quotuplex illud ſit, in quo ſita eſt ratio, & eſſentia, ſiue formalitas Naturæ verè ac pro-
C priè dictæ a Phyſiologo. Qua quidem in re ſic diſceat philoſophari; Quum Natura verè ac propriè ſit id omne formaliter, vnde proximè ac per ſe a pendent omnia naturalia: quumque naturalia a 2. phyſ. t. 1.
cuncta redigantur ad duo ſumma genera; nimirum ad corpora phyſica, & ad eorum paſſiones & motus; nam principia horum vtrorumque naturalium, Naturæ ſunt, non res naturales: quumque naturalium corporum & generatio, & eſſe ſpectari valeat;

propterea Naturæ ratio quadruplex eſt, ſeu qua-
tuor innititur attributis eſſentialibus; quorum pri- A
mum eſt, vt Natura ſit illud omne, a quo tamquam
ab efficiente primario per ſe producuntur corpora
naturalia, quæcumque ſunt generationi obnoxia;
de qua Natura locutus eſt Ariſtoteles tum vbi ſcri-
bit, b *De generatione autem, & corruptione eorum*
1.de gē. 1. *quæ natura generantur, & corrumpuntur, ſimiliter*
*de omnibus & cauſſas diuidendum, & rationes eorum*
*determinandum*: tum multo prius, vbi dicit, c *Eo-*
2. phy. 1. *rum, quæ ſunt, alia quidem ſunt Natura, alia propter*
*alias cauſſas: Natura quidem ſunt animalia, & partes* B
*ipſorum; & plantæ, & ſimplicia corpora, vt terra, &*
*ignis, & aer, & aqua; hæc enim, & huiuſmodi natura*
*eſſe dicimus*: tum multo poſt, vbi ait, d *Natura vero*
5. met. 5. *dicitur item, vnde primus motus in vnoquoque eorum,*
*quæ natura ſunt, in eo ſecundum quod ipſum eſt: naſci*
*autem dicuntur quæcumque incrementū per aliud ha-*
*bent, tangendo, aut connaſcendo, aut adnaſcendo; vt*
*Embryones*: tum vbi notat, e Rationem pulchri &
1. de ar.c.1. boni coniunctam eſſe Naturę operibus potius, quā
.phy.t. 2. Artis: tum multis f alijs in locis, quæ g ſupra retu-
limus. Verum enim vero Generans hoc, quod Na-
.cœl. t. 2. alibi. tura dicitur, geminum eſt; aliud quidem proximū; C
cap. 3. & vocatur Natura particularis; quo ſenſu tractans
.2. de 3.t.34. Ariſtoteles de Natura, dixerat, h *Naturaliſſimum*
*operum, quæ in viuentibus, quæcumque perfecta, &*
*non mutilata ſunt, aut generationem ſpontaneam ha-*
*bent, eſt facere aliud quale ipſum; animal quidem ani-*
*mal, plantam autem plantam; vt ipſo ſemper & diui-*
*no participent ſecundum quod poſſunt: omnia enim*
*illud appetunt, & illius cauſſa agunt omnia, quæcum*

A *quæ agunt ſecundum naturam*. Quam ſententiam alibi repetens, apertè quoque Naturæ nomen proximo generanti dedit his notis, [i] *Rurſus hinc etiam poterit quiſpiam euidentius intueri, quod omnis Naturæ eius eſt eſſentiæ procreatrix, qualis ipſa eſt; veluti ſtirpes, & animalia; nam vtraque gignunt, ex principiiſque producunt, ſicut arbor ex ſemine: id namque principium eſt*. Aliud verò generans eſt remotum, & appellatur Natura vniuerſalis, non quidem quia de multis prædicetur; ſed quia multorum effectuũ variæ ſpeciei cauſſa communis eſt: ſic cælum dici-
B tur Natura vniuerſalis. Quam vtramque cauſſam effectricem, quarum altera eſt Natura particularis & proxima, altera vniuerſalis & remota, videtur Ariſtoteles in hominis generatione poſuiſſe, dum ait, [k] *Homo enim hominem generat, & Sol*. Sed latius vniuerſalem explicuit inquiens, [l] *Qui itaque circa terram eſt totus mundus, ex his conſtat corporibus, de quo accidentes paſſiones diximus eſſe ſumendum. Eſt autem ex neceſſitate continuus quodammodo iſte ſuperioribus lationibus, vt omnis ipſius virtus inde gubernetur: vnde enim motus principium omnibus ineſt,*
C *illam cauſſam putandum primam*. Quum ergo naturalia corpora ſint effectus, & opera Naturæ; maximeque [m] generabilia; Natura verò illa omnia generans ſit cauſſa efficiens; iam prima ratio Naturæ conſiſtit in efficiente, ac generante corpora naturalia, quæcumque generari poſſunt; quemadmodũ prima ratio Artis vniuerſa ſita eſt in eo, quod eſt eſſe efficiens rerum artificialium. Ceterum quum generatio non ab efficiente ſolo, à quo immediatè ferè promouetur, ſed maximè principaliterque dependeat

i ... 1. ma... cap. 10.

k 2. phy... t. 26.

l 1. mete... cap. 2.

m 1. de... part. c. ...

pendeat à fine, vt ait Ariſtoteles his verbis, *Adhuc* | 1.de par. cap. 1.

*quoniam plures cauſas generationis naturalis eſſe vide-*
*mus, ſcilicet eam, cuius gratia res gignuntur, atque*
*eam, vnde mouendi principium ſit; definiendum de ijs*
*etiam eſt, quænam prima, quæ ſecunda haberi debeat.*
*Principatum ſanè illa obtinere videtur, quam ſub hoc*
*verbo, cuius gratia, ſignificamus: hæc enim ratio eſt;*
*ratio autem principium eſt pariter in rebus tam arte,*
*quam Natura conſtitutis: vbi enim vel per intelle-*
*ctum, vel per ſenſum Medicus ſanitatem, Opifex ædes*
*definierit, rationes & cauſſas rei, quam facit, reddere*
*ſolent, & cur ita faciant ſubiungit; quamquam illa, cu-* B
*ius gratia, cauſſa, & ratio boni & pulchri, Naturæ*
*operibus potius, quam Artis coniuncta eſt.* Quum au-
tem finis generationis primarius quidem & partia-
lis ſit forma terminans generationem; quæ forma | 2.phyſ.
diuinum, bonum, & appetibile dicitur ab Ari- | t. 81.
ſtotele; finis verò generationis adæquatus & to-
talis ipſa ſit ſubſtantia corporea, quæ generatur,
quatenus & æternitate ſpeciei gaudet; propterea | 2.de an.
ſecundum eſſentiale Naturæ attributum eſt, eſſe id, | t. 34.
cuius gratia fit omnis generatio phyſica; proinde- | 2. de gen. an. cap. 1.
que cauſſa finalis, tam proxima, quam remota, ſiue
principalem ac partialem velis, ſiue totalem & adæ- C
quatam finalis cauſſa generationis naturalis vni-
uerſim ſumpta, ſit verè ac propriè Natura. Tertiũ
autem eſſentiale pariter attributum Naturæ eſt eſſe
id, cuius participatione conſtituitur in eſſe res quæ-
que naturalis; quo nomine Natura eſt tum forma,
tum quoque Materia, ſed forma longè magis, quàm | 2.phyſ. t. 12.
materia, vt inquit Ariſtoteles; quia per formam res
ſunt actu naturales in ſpecie determinata carnis, ho-

minis,

A nis, mulæ, vitis, & id generis; per materiam
vero ſunt poteſtate tales, proximéque fieri poſſunt
caro, vitis, homo, & id generis, aduentu formæ: eſt
autem talis Natura forma quælibet, & qualibet
materia conſtituens in eſſe rem naturalem, ſiue pri-
mam, ſiue ſecundam materiam accipias; & ſiue
formam eductam e poteſtate materię ſumas, ſiue a
materia prorſus independentem: nam Intellectus
humanus, ſeu rationalis anima, quam Ariſtoteles
ait r extrinſecus aduenire fœtui, nec ex materię ſinu — r 2. de gē. an. cap. 3.
deduci, s natura eſt hominis eidem Philoſopho: — s 1. de part. c. 1.
B Quare forma quælibet rei naturalis, & quęcumque
illius materia eſt vero propriéque Natura. Quar-
tum attributum, in quo conſiſtit eſſentialis ratio
Naturæ, illud eſt, vt ſit principium motus & quietis
internum; quum enim Natura ſit id, quo per ſe pri-
mo differunt naturalia a non naturalibus; quumq;
naturalia differant a non naturalibus per principiũ
motus internum, quo t naturalia pollent, non natu- — t 2. phyſ. t. 1.
ralia u deſtituuntur; vt docuit Ariſtoteles: iam cũ — u 2. phyſ. t. 2.
eo definienda nobis eſt x *Naturam eſſe principium ali-* — x 2. phyſ. t. 3.
*quod & cauſſam mouendi & quieſcendi in quo eſt, primũ,*
C *per ſe, & non ſecundum accidens.* Quæ definitio
Naturæ quum magni momenti ſit ad noſtram theo-
riam, accurate nunc nobis eſt explicanda, ſingulis
illius terminis intime perſpectis: *Natura:* in pri-
mis Ariſtoteles hic non definit id omne, cui quouis
modo competit proprie Naturæ nomen; quia quũ
Natura primo ſignificato dicatur y generatio, gene- — y 5. meta. t. 5.
rationi propoſita definitio minime conuenit: Sed
Natura hic definita eſt quid commune ſubſtantijs
omnibus phyſicam mutationem per ſe promouen-
tibus,

Digitized by Google

ibus, ſiue ſint illæ ſubſtantiæ ſimplices, ſiue compoſitæ; adeo vt Natura nunc definita, ſit quid commune Materiei, formæ, fini, efficienti, & ſubſtantiæ compoſitæ ex materia & forma; vt mox apparebit: Huiuſmodi vero Natura definitur ab Ariſtotele per ſex attributa; quorum tria principalia ſunt, tria vero ſunt modi ſingula principalia determinantes: Primum attributum præcipuum eſt, quod Natura *ſit principium aliquod & cauſſa*: quum enim principium latius pateat, quam cauſſa; nam [z] Ariſtoteli principium aliud eſt rei, & aliud eſt magnitudinis; inter quæ tale diſcrimen intercedit, quod principium rei eſt cauſſa tum rei, tum etiam affectionum eius; principium vero magnitudinis non eſt vllius rei cauſſa, ſed extremitas tantum; cuiuſmodi punctum eſt initium lineæ, ac primus gradus eſt principium ſcalæ: Natura definitur eſſe, non quidem principium abſolute, quia non eſt omne principium; non eſt enim principium magnitudinis, quaſi exordium, ac initium; ſed dicitur principium aliquod determinatum, quod eſt cauſſa eius rei, cuius dicitur principium: Deinde vero, [a] quia principium, & [b] cauſſa dicunt relationem ad principiatum, & effectum: propterea Natura relationem habens tum ad compoſita naturalia, tum ad naturales paſſiones, recte definitur eſſe, non principium aliquod ſolum; nec ſolum cauſſa; ſed principium aliquod, & cauſſa; quia eſt cauſſa compoſiti naturalis, cauſſa nimirum tum materialis, tum formalis potiſſimum; & principium aliquod, productiuum ſcilicet, ac finale, materialeue motus, & quietis; quæ ſunt principales affectiones corporis natu-

z 1. phy. t. 23. 8. phy. t. 23. 5. meta. t. 1.

a 1. phyſ. t. 8.

b 2. phyſ. t. 35. & ſeqq.

A B C

A naturalis: conſulto dicit Ariſtoteles *principium aliquod* indeterminate; quia non ſemper natura eſt principium actiuum, nec in omnibus eſt principiū paſſiuum motus & quietis; at in aliquibus rebus naturalibus natura eſt ſolum principium paſſiuum motus & quietis internum; vt in elementis, quæ mouentur ab [c] externo ſolum, nimirum a generante, ſeu a remouente impedimentum: in alijs natura eſt etiam principium motus & quietis actiuum; vt in animalibus; quæ mouentur a [d] ſeipſis, ac omnino ab interno motore: Quare Natura dicitur indeterminate *principium aliquod*, ſiue actiuum, ſiue paſ- B ſiuum. Addit Ariſtoteles, *& cauſſa*, ſimpliciter, ſine vlla limitatione; quia cauſſa quælibet eſt vere Natura, Materia, forma, finis, & efficiens; vt [e] antea vidimus. Verum quoniam principium & cauſſa relationem eſſentialem includunt; Ariſtotele docente, principium eſſe [f] alicuius, aut aliquorum; & cauſſas eſſe [g] aliquorum cauſſas; ideo ſtatim Ariſtoteles affert ſecundo attributo principali ea, quorum Natura eſt principium & cauſſa, his notis, *Mouendi, & quieſcendi*: ſcilicet Natura principium eſt C aliquod, & cauſſa motus & quietis; & quia nullam motus aut quietis differentiam appoſuit; vt abſolute loquitur in præſentia; ſic abſolute nobis intelligendus eſt Magiſter de motu generatim; vel ſaltem de motu illo, cuius [h] nuperrime meminerat, & vnde definitionem hanc haurit: is autem motus eſt communis lationi, augmento, decremēto, & alterationi; quam nondum a generatione, corruptioneque diſtinxerat; id etenim [i] poſterius efficiet. Natura igitur eſt principium mouendi &

c 8. phyſ. t. 32.

d 8. phy. t. 29. 35.

e cap. 4.

f 1. phy. t. 8.

g 2. phyſ. t. 35.

h 2. phy. t. 1. & 2.

i 5. phyſ. 7. 1. de gen. t. 1. & ſeqq.

quieſcendi abſolute, ſeu motus localis accipiatur, A
ſeu augmentum,ſeu decrementum,ſeu alteratio:nõ
quod natura ſimul & ſemel in eadẽ re motũ & quie-
tẽ promoueat;nam idem ſecundũ idẽ ſimul moueri
& quieſcere non poteſt: nec etiam, quia Natura in
quauis re naturali motus & quietis k omnium gene-
rum ſit autor; nam elementa, & inanimata miſta
non augentur,nec minuuntur;cœleſtia corpora nec
augentur, nec minuuntur, nec l alterantur Ariſto-
teli;alteratione m corruptiua: ſed quia Natura eſt
cauſſa motus in ijs; quæ mouentur, & quando mo-
uentur:ſimiliter Natura eſt cauſſa quietis in ijs,quæ B
quieſcunt,& quando quieſcunt:adeo vt Natura di-
catur ea ratione principium aliquod, & cauſſa mo-
tus & quietis, quia quilibet motus, & quælibet
quies, inexiſtens in rebus naturalibus,ijſdem rebus
per ſe non ineſt ab alio principio præter,quam a Na-
tura. Tertium attributum Naturæ præcipuum eſt
his verbis expreſſum, *in quo eſt*: quo attributo pro-
be intellecto, maxime innoteſcit eſſentia definitio-
que Naturæ,ſcilicet vt principium reſpicit motum
& quietem;ita cauſſa reſpicere magis videtur τὸ in
quo eſt,quaſi dixerit Ariſtoteles, Natura eſt princi-
pium aliquod mouendi & quieſcendi, & cauſſæ in C
quo eſt; quia Natura poteſt ad duo referri, vel ad
totum compoſitum naturale, vel ad eius partes eſ-
ſentiales; quæ ſunt materia, & forma: profecto per
id,in quo eſt, non debemus intelligere partem ma-
terialem compoſiti,in qua dicitur ineſſe forma,tam
quam in ſubiecto,ſi non inhærentiæ, ſaltem inexi-
ſtentiæ: quia licet Ariſtoteles n mox dicturus ſit,
naturam eſſe in ſubiecto;& multo poſt non o ſemel,

mate-

k præd.c. de motu.
l 1.cœl.t. 20.& seqq.
m 2. de a.t.57.
phyſ.
phyſ. 7.
phyſ.
cœl.t.
de an. 9.

A materiam contineri, formam continere; proindeque materiam etiam eſſe quoquopacto in forma: tamen hic Ariſtoteles per id, in quo eſt Natura, ſignificat totum compoſitum naturale, quod per ſe mouetur, & quieſcit: Natura enim dicitur eſſe principium & cauſſa mouendi & quieſcendi in quo eſt; modo nec materia, nec forma per ſe mouetur, aut quieſcit; ſed compoſitum ex his; in quo compoſito vere Natura ineſt veluti pars eſſentialis in ſuo toto: in hoc ſane toto per ſe mobili, & quieſcibili, Natura ineſt vt pars eſſentialis; quæ eſt in eo toto cauſſa vel mate-
B rialis, vel formalis illius, vel efficiens ſuarum operationum naturalium, quæ omnes ſunt motus, vel finalis ſuæ generationis. Finem vero præcipuam rationem cauſſæ obtinere in generatione, dudum vidimus apud p Ariſtotelem: Quare quum eidem Magiſtro eadem anima in q viuentibus ſit tum finis terminans eorum generationem, tum forma tribuens iiſdem eſſe, tum cauſſa efficiens omnium operationum vitæ ab ipſis prodeuntium; ſane finalis eſt cauſſa & principium motus generationis etiam in quo eſt. Ita ergo Natura eſt principium aliquod,
C & cauſſa cuiuſque generis, mouendi quomodocũque & quieſcendi, in quo eſt. Quoniam vero tria hæc attributa præcipue indicantia eſſentiam Naturæ, nimis ampla ſunt, & multas habent differentias, quæ omnes non conueniunt Naturæ definitæ; proinde aſſignandæ fuerant ab Ariſtotele illæ differentiæ, quibus vnumquodque propoſitorum attributorum contraheretur ad Naturam definitam; vt definitio prorſus æquipolleat rei definitæ; quapropter alia tria afferenda ſunt attributa, quibus propo-

p 1. de par. cap. 1.
q 2. de an t. 36. 37

ſitorum ſingulum ad eſſentiam Naturæ coarctaretur. Quartum igitur attributum, ſpecificans primum allatorum, habetur in illa particula, *primum*; ſcilicet illud principium, quod eſt cauſſa motus & quietis, poteſt eſſe duplex; vnum quidem primarium, ſiue principale; alterum vero ſecundarium, ſiue inſtrumentale; ſic ambulationis cauſſa primaria eſt anima; quæ definitur eſſe principium quo primo mouemur; inſtrumentaria eſt corpus organicum, ſiue pedes, calorue natiuus, vt ait Ariſtoteles; cui pedes cauſſa ſunt ſine qua non eſt ambulare; & calor eſt concauſſa deſeruiens animæ in omnibus vitæ functionibus obeundis. Porro Natura non eſt quodcumque principium motus; non enim ſecundarium, quod inſtrumentale dicitur; ſed principale, ſeu primarium, quod ab Ariſtotele dicitur *primum*. Quia vero principium id primum motus adhuc duplex eſt; adæquatum, quod eſt ſubſtantia, ſeu eſſentia compoſiti; & partiale, quod itidem ſubdiuiditur in actiuũ, a quo prouenit motus velut ab efficiente; ac in paſſiuum, in quod primario recipitur motus: quando nulla talium diſcriminum mentio fit in allata definitione; clare his etiam inſinuauit Ariſtoteles Naturam eſſe promiſcue vtrumque par principiorum primorum, adæquatum ſcilicet, ac partiale; idque tam actiuum, quam paſſiuum: quod paullo antea quoque ſignificauerat per illud verbum indeterminatum, principium *aliquod*; ſiue illud ſit actiuum, ſiue paſſiuum, ſiue partiale, ſiue adæquatum, dummodo ſit primum ſeu principale, non autem ſecundarium ac inſtrumentale. Hac in re putare non debemus, principium paſſiuum motus

tus

[Margin: 2. de ... n. t. 24. 2. de ge... er. an. ...p. 3. ... de an. ... 40. 41.]

A tus & quietis in omni corpore naturali ſemper eſſe materiam ſolam; quoniam vt ea natura, quę principium eſt actiuum motus, ſemper eſt vel forma, vel eſſentia, ſeu ſubſtãtia compoſita ex materia & forma; nunquam materia, prout a forma contradiſtinguitur: ita non in omni motu naturali principium paſſiuum eſt ſola materia; nam in elementis tota ſubſtantia, etiam forma, eſt principium motus paſſiuũ, non autem actiuum; quod fuſe docet *u* Ariſtoteles; ſed præſertim vbi ſcribit, *x* *Quod igitur nihil horum* (loquitur de elementis) *ipſum mouet ſeipſum, manifeſtum eſt; ſed motus habet principium, non mouendi,* B *neque faciendi, ſed patiendi.* Quare materia ſemper eſt principium paſſiuum; forma vero principium eſt in inanimis quidem paſſiuum, ſi de motu locali ſermo ſit; in animalibus autem, actiuum; nam inanima loco mouentur ab externo motore; animalia vero, ab interno: quin & animalia, quum moueantur a ſeipſis, eadem ſibi ſunt principium adæquatum ſui motus tum actiuum, tam paſſiuum ſola ratione diſtinctum; etenim animal idem qua corpus eſt, motus eſt principium paſſiuum; qua viuens, motus eſt C principium *y* actiuum. Ceterum ſi ſermo ſit de motu alterationis, & corruptionis, inanimata moueri poſſunt ab interno principio actiuo; nam vt aqua calens, remoto calefaciente, refrigeratur a propria forma; quæ caliditatem aduentitiam deſtruit, & conſentaneam ſibi frigiditatem actu ſenſibilem parit in proprio ſubiecto: ſic miſta ſingula continent in ſe nunquam non contraria, nunquam non inter ſe pugnantia elementa; quæ inteſtino diſſidio miſti diſſolutionem denique promouent. Quintum attributum

*u* 8 phyſ. t. 28. & ſeqq.
*x* 8 phyſ. t. 31.
*y* 8. phyſ. t. 29.

Digitized by Google

butum *per ſe*, ſpecificat ſecundum, *mouendi & quieſcendi*; quia motus& quies rei naturali poſſunt bifariam conuenire; tum per ſe, tum quoque per accidens: Porro motus per accidens alicui conueniens, illi non dicetur naturalis; proindeque non erit effectus Naturæ ſuę: ſic nauigatio, equitatio motus eſt per accidens equitantis, & nauigantis; qui ſedẽs vterque per ſe, mouetur per accidens ad motum nauis, & equi. Quare Natura eſt principium aliquod primum, & cauſſa mouendi & quieſcendi per ſe. Statim demum addit Ariſtoteles vltimum attributum, ſpecificans tertium, *in quo eſt*, his notis, *& non ſecundum accidens*: Profecto tertium attributum erat, *in quo eſt*; quum autem quid in aliquo eſſe valeat ſimiliter, tum ſecundum ſe, tum etiam ſecundum accidens: nam in ægrotante Medicinæ habitus ineſt ſecundum accidens; accidit enim ægroto Medicum eſſe: ſed in corpore naturali, quod per ſe mouetur, Natura, illius motus cauſſa principalis, ineſt non ſecundum accidens; quoniam in eo ineſt, vt vidimus, tamquam pars in toto eſsentiali; partes autem in toto ſunt per ſe, non ſecundum accidens; quum in eius definitione ponantur. Quare re Natura recte definitur eſse principium primum & cauſsa, motus & quietis per ſe, in quo eſt non ſecundum accidens. Ariſtoteles autem conſulto inſinuaturus tria priora Naturæ attributa, in hac definitione allata, eſse præcipua; tria vero poſteriora eſſe veluti modos, & differentias, illa priora ſpecificantes; hæc ab illis ſeiunxit: innuens autem quæ poſteriora quibus prioribus ſigillatim applicanda forent; eodem ordine primam; quoſecundã

z. 1. poſt t. 3o. & ſeqq.

attri-

A attributorum claſsem diſpoſuit, vt quartum attributum ſit conditio primi, quintum ſecundi, & ſextũ tertij. Quare dicens Ariſtoteles, Natura eſt principium aliquod & cauſſa, mouendi & quieſcendi, in quo eſt, primum, per ſe, & non ſecundum accidens, perinde philoſophatur ac ſi dixiſſet, Natura eſt principium aliquod primum, & cauſſa mouendi & quieſcendi per ſe, in quo eſt non ſecundum accidens. Ita declarata Naturæ definitione, nullum offendimus vitium nugationis ac ſuperfluitatis, quod tantopere negocium faceſſit Interpretibus; quia *per ſe*, & *non ſecundum accidens*, in hac definitione repe-B titionem ac nugationem minime faciunt; quum vtriuſque diuerſus ſit vſus, & varia applicatio, licet eadem omnino ſignificatio; quia *per ſe* eſt conditio applicanda motui & quieti, quibus attributum ſecundum continetur; *non ſecundum accidens* vero eſt conditio apponenda tertio attributo, quod habetur illis notis, *in quo eſt*: Quocirca neque nugatus fuiſſet Ariſtoteles, ſi dixiſſet, Natura eſt principium aliquod & cauſſa mouendi & quieſcendi in quo eſt, primum, per ſe, per ſe; quia non eſt repetere idem fruſtra, dicere, Natura eſt principium primum mo-C tus & quietis per ſe in quo eſt per ſe: verum ad euitandam quamdam cacophoniam, ſiue tautologiam, vti voluit duobus Synonymis potius, quã eamdem vocem bis in eadem definitione repetere. Ceterum ab hac definitione Naturæ non penitus excluditur Generans, non ſolum ob cauſſam finalem, quæ mouens eſt principaliſſimum in naturali generatione, vt vidimus apud [a] Ariſtotelem; ſed etiam ob αὐτόματα, quæ ſponte [b] naſcentia dicuntur, quia fiunt ab

[a] 1. de part. c. 1.
[b] 2. de an. t. 34.

Digitized by Google

ab agente interro, adeoque vtcumque a ſeipſis qua de re nos latiſſime diſſeruimus in opere noſtro De Spontaneo Viuentium Ortu. Diſtinguitur autem per allatam definitionem Natura ab Arte; quoniam Ars vel non eſt principium motus, ſed modi motus; vel non eſt principium motus in quo eſt non ſecundum accidens; vt in Medico ſemetipſum ſanante ſatis explicat c Ariſtoteles. Ita ergo quatuor ſunt ea, in quorum vnoquoque continetur vera ratio Naturæ proprie dictæ, nimirum eſſe finem naturalis generationis, eſſe generans naturalia corpora, eſſe conſtituens ac eorumdem partem eſſentialem, ac demum eſſe principium primum motus & quietis per ſe, in quo eſt non ſecundum accidens.

c 2. phyſ. t. 3.

*Primum-Mouens, quod non mouetur vnquam ab alio, ſed ſemper a ſeipſo, cuiuſmodi Cælum eſt Ariſtoteli ſiue Mundus, eſſe vere ac proprie Naturam.*

CAP. V.

QVATVOR itaque quum ſint illa, in quorũ ſingulo conſiſtit vera ratio & idea propria Naturæ; ſcilicet, eſſe finem, cuius gratia ſunt, & fiunt, ſeu facta ſunt naturalia corpora; eſſe primarium efficiens, ſiue phyſice generans eadem corpora naturalia; eſſe id, cuius participatione ſubſtãtiæ phyſicæ ſunt & dicuntur naturales; & eſse principium primum motus & quietis per ſe, in quo eſt nõ ſecundum accidens: Quumque quatuor itidem ſint ea, quibus Ariſtoteles aſsignauit nomen & rationem Primi-Motoris immobilis; Cælum; quod eſt a Primum-Mouens immobile ab alio; at per ſe mobile a ſeipſo: Finalis cauſſa; quæ eſt b Primum-Mouens immo-

a 8. phyſ. t. 34 & ſeqq.
b 3. de an. t. 54. 1. de part. c. 1. 5. meta. 5.

A immobile per ſe tum a ſe, tum ab alio; dum fungi-
tur officio finis; nam homo, qui quodammodo [c] finis
eſt omnium, mouetur per ſe a ſeipſo, quatenus eſt
anima; & ab alio, quatenus eſt corpus: Intelligen-
tiarum ſecundarum ordo, cæleſtibus corporibus
mouendis [d] appropriatus; qui eſt Primus-Motor
immobilis omnino, tam a ſe, quam ab alio; tum per
ſe, tum etiam per accidens motu phyſico; licet mo-
ueatur metaphorice a fine a ſe diſtincto, cuius gratia
operatur [e] quicquid operatur ſecundum naturam:
ac denique Deus optimus Vniuerſum Mundum re-
B gens, & omnia in Mundo contenta bene gubernans,
cuncta [f] phyſice mouens; quod Primum-Mouens
eſt omnino immobile, tam a ſe, quam ab alio; tum
per ſe, tum per accidens; & motu phyſico, & motu
metaphorico: quæ omnia fuſe [g] ſuperius explicata
ſunt. Nunc age videamus, quomodo ſeſe habeat
vnumquodque horum Primo-Mouentium ad Natu-
ram, auſpicantes a notiori, vt pote ſenſibili, quod
eſt [h] Cælum, ſiue [i] Mundus. Profecto Cælum eſſe
Primũ-Mouens immobile ab alio, [k] ſupra vidimus
ab [l] Ariſtotele: Cælum vero, & Mundum eſſe pro-
C prie Naturam, multa demonſtrant apud Ariſtotelẽ:
inprimis enim materia, non ſolum [m] prima, & re-
mota, ſed etiam proxima, [n] immediate conſtituens
aliquod corpus naturale, [o] Ariſtoteli vere ac proprie
Natura eſt: ſed eidem Autori cælum ſingulum eſt
[p] materia, ex qua cum elementis proprie conſtitui-
tur vniuerſum, totuſque Mundus, quatenus eſt cor-
pus naturale. Primum-Mouens igitur ab alio im-
mobile, quod cælum dicitur, eſt vere proprieque
Natura. Deinde quodcumque ſe habet ad corpora

c 2. phyſ. t. 24.
d 8. phy. t. 45. & ſeqq.
e 2. de an. t. 34.
f 2. phyſ. t. 73.
8. phyſ. t. 43. & ſeqq.
12. met. t. 24. & alibi.
g cap. 2. & ſeqq.
h 1. met. cap. 2.
i 1. cœl. t. 95.
k cap. 2.
l 8. phyſ. t. 34. & ſeqq.
m 2. phy t. 10.
n 2. phy. t. 11.
o 5. met. t. 5.
p 1. cœl. t. 5. & ſeqq. & 95. de mund. c. 2.



Digitized by Google

naturalia, vt forma ad ſubiectam materiam, eſt q natura: modo cęlum erga corpora naturalia intra ſui ambitum comprehenſa, quæ continet, fouet, ac in quæ agit, ſe habet vt r forma ad ſubiectam materiã; vt monet Ariſtoteles etiam perſpicuis verbis inquiens, s *Solus enim eſt maxime ipſius formæ ignis, quia natus eſt ferri ad terminum; vnumquodque autem natum eſt ad ſuam ipſius ferri regionem; forma autem, & ſpecies omnium in terminis*: Cęlum itaque ſi referatur ad totum mundum, cuius eſt t pars integralis, eſt eius materiæ proxima portio; ſi vero conferatur ad mundum elementarem, ſe habet ad ipſum veluti forma: proindeque Primum-Mouens ab alio immobile, quod cælum appellatur, eſt Natura. Deinceps generans, & omnino cauſſa efficiens corpora naturalia eſt vere proprieque u Natura, quoniam hæc a Natura ſola fiunt, ad artificialium diſcrimen, quę ab Arte producuntur: Modo cæleſte corpus eſt cauſſa generans ac efficiens omnia corpora naturalia, præter in Meteorologica nuncupata; vt ait Ariſtoteles tum vbi x decernit, Quod perenni motu mouetur, eſſe cauſſam ſemper generantem corpora naturalia caduca; tum vbi ſtatuit y lationem planetarum ſemper in elementari regione generare, quoniam abducit, & adducit generatiuum; quod z mox aſſerit eſſe cæleſte corpus, & præcipue Solem; tum maxime vbi ſcribit, a *Eſt autem ex neceſſitate continuus quodammodo iſte ſuperioribus lationibus, vt omnis ipſius virtus inde gubernetur: vnde enim motus principium omnibus ineſt, illam cauſſam putandam primam*. & mox: *Quare accidentium circa ipſum ignem, ac terram, & cognata his, vt in materiæ ſpecie eorum, quæ fiunt,*

*cauſſas*

q 2. phy. t. 4. 10 & ſeqq.
r 3. phyſ. t. 67.
4. phyſ. t. 35.
s 4. cœl. t. 35.
2. de an. t. 39.
ſ 2. de gẽ. t. 50.
t 1. cœl. t. 5.
u 2. phyſ. t. 201.
5. meta. t. 5.
x 1. de ge. c. 13. 16.
y 2. de gen. t. 56.
a 1. meteor. cap. 2.

A *cauſſas oportet putare: ſubiectum enim & patiens appellamus hoc modo: cauſſa autem, vt vnde motus principiū, eorum, quæ ſemper mouentur, virtus cauſſa ponenda;* Primum igitur mouens immobile ab alio, ſed a ſe ſemper motum, quod cælum dicitur, eſt vere ac proprie Natura. Vlterius autem, ſubſtantia quælibet corporis naturalis in ea prioritate Naturæ, quā præcedit omnia ſua accidentia, eſt vere ac proprie *b* Natura: modo cęlum proprie, quin & Mundus ſubſtantia eſt corporis naturalis, prior natura ſuis omnibus accidentibus: ergo Mundus, & cælum, quod eſt B Primum-Mouens immobile ab alio, eſt vere ac proprie Natura. Præterea, principium primum motus & quietis per ſe in quo eſt non ſecundum accidens, eſt vere proprieque *c* Natura: Modo Primum-Mouēs ab alio non mobile, cuiuſmodi cælum, & ac Mundus totus Ariſtoteli, eſt principium primum motus & quietis per ſe in quo eſt non ſecundum accidens; quod ſeorſim de cæleſti ſubſtantia, & de Mundo non difficile fuerit oſtendere: nam ſubſtantiæ cæleſtis nomine poſſumus intelligere vel ſimplicem orbis corpulentiam, vt quid ab Intelligentia motrice contradi-C ſtinctum, vel aggregatum ex Intelligentia, & orbe cęleſti; ex quibus *d* Auerroes ait fieri magis vnum, quam ex materia, & forma ſubcæleſti: ſi quidem ſermo ſit de ſimplici ſubſtantia Orbis, quam *e* Ariſtoteles ait eſſe quintam quamdam eſſentiam, ab elementis contradiſtinctam, neque leuitatis, neque grauitatis participem: ea dubio procul eſt *principium* paſſiuū *motus & quietis per ſe,* motus nimirum circularis, quo rotantur aſſidue ſingulæ partes cæli cuiuſque; atque quietis totius cuiuslibet Sphęræ ſemper in eodem lo-

*b* 5. me t. 5. ...

*c* 2. ph t. 5.

*d*. de ſ orb.

*e* 1. co t. 13. & ſec

co manentis, *in quo eſt non ſecundum accidens*; quia cælum, quod circulo mouetur ſecundum partes, & quieſcit ſecundum totum, non eſt pura & puta ſubſtantia Sphæræ in ea prioritate naturæ, qua præcedit quantitatem, continuitatem, figuram, & alia accidentia, ſine quibus nihil eſt mobile; motus enim eſt affectio paſſioque mobilis, [f] continui, ac [t] diuiſibilis Ariſtoteli; cui mobile eſt quid aggregatum ex ſubſtantia, & accidentibus ſibi neceſſarijs ad hoc ut ſit corpus [g] ſenſibile, continuum, ac naturale; quia pura ſubſtantia ſeparata ab omnibus accidentibus non eſt naturalis, præſertimque ſeiuncta a magnitudine ſenſibili, ſed eſt natura, & principiũ corporis naturalis: quo nomine Philoſophus ait alicubi, [h] Scientiam de natura verſari circa corpora & magnitudines, innuens corpora naturalia prout a phyſico ſpectantur, atque adeo quatenus mobilia ſunt, eſſe magnitudinem habentia, & continuitatem, diuiſibilitatemque: in quo ſane aggregato, quod eſt corpus naturale, ac mobile, ſubſtantia illa ſimplex ineſt veluti pars. [i] Quin & cælum, quod ab Ariſtotele ponitur animatũ, & habere in ſe principium motus, tam ſubſtantiam habet, quæ compoſita eſt, & aggregatum quid ex orbe, ac Intelligentia: quam ſubſtantiam compoſitam pariter ſi conſideremus in ea prioritate naturæ, qua præcedit omnia ſua accidentia, de illa pariter dicere poſſumus, quod ſit principium primum adæquatum motus & quietis per ſe, in quo eſt non ſecundum accidens; etenim ſubſtantia illa eſt veluti pars totius, quod mouetur ſecundum partes integrales, & quieſcit ſecundum totum; in eo enim toto aggregato ex cæleſti ſubſtantia, & ijs accidentibus quantitatis, cõ-

f 3. cæl. t. 112.
t 8. phy. t. 40. & ſeqq.
g 1. cæl. t. 95.
h 1. cæl. t. 1.
i 1. cæl. t. 13.

tinui-

A tinuitatis, figuræ, ac id generis; per quæ cælum ſit corpus per ſe mobile, ac ſenſibile, & naturale; in co, nequam toto aggregato ex cælo animato; & accidentibus per ſe illi inexiſtentibus, celeſtis ſubſtantia animata ineſt non ſecundum accidens, ſed per ſe, tamquam pars illius: quare cælo conuenit appoſitiſſime definitio Naturæ; quæ congruit etiam proportionabiliter toti Mundo, ac vniuerſo quatenus eſt forma totius; nempe ſubſtantia natura prior ſuis accidentibus, quæ ipſum reddunt corpus actu mobile, ſenſibile, ac naturale: mobile inquam ſecundum partes integrales; quum ſecundum totum ſemper quieſcat immobile. Sic ergo Primum-Mouens immobile ab alio, quod Cælum eſt, ac Mundus totus, eſt principium primum motus & quietis per ſe, in quo eſt non ſecundum accidens; atque adeo vere ac proprie Natura. Denique vero cauſſa finalis generatim ab [k] Ariſtotele ſtatuitur eſſe Natura proprie dicta: Modo Mundus totus ſe habet ad ſui partes integrantes vt finis; ſi quis enim a Phyſiologo quærat cur grauia deorſum ferantur, & ibi lata conſiſtant; cur leuia ſurſum aſcédant; ſeu cur terræ elementum Vniuerſi medium occupet, aqua terram ambiat, aer globum ex terra & aqua conſtitutum complectatur, ignis ſurſum aſcendat; vnde tria elementa cetera foueat, & cælum circa regionem elementarem aſſidue voluatur; nullam aliam cauſſam pro fine poterit aſſignare, niſi dicens vt Mundum conſtituant: itaque Mundus totus eſt cauſſa finalis partium, ex quibus integratur; ac vere partes omnes formaliter inhiant ſemper ad integrandum totũ, in quo integro ſuis quæque ſedibus natura quieſcere geſtiunt; nec inde niſi violentia pelluntur: Quo-

k 3. de an. t. 54. 5. meta t. 5.

B (margin letter beside "grales; quum ſecundum totum")

C (margin letter beside "cupet, aqua terram")

l 12. met. t. 52.



Digitized by Google

nomine dicit Ariſtoteles bonum Vniuerſi; atque A
m 12. phy 31. adeo m finem, cuius idea maxime conſiſtit in n bono,
n 2. phyſ 23. ſitum eſſe non ſolum in ſubſtantia independente a natura corporea, quæ cuncta recte gubernat; ſed etiã in ordine partium vniuerſi; qui ordo eſt totius integritas conſurgens ex apta collocatione partium inter ſe: ſumitur hic autem ordo non Mathematice pro ordine ordinante, ſed in concreto pro ordine ordinato, qui terminatur in totius integritatem. Sic ergo Mũdus eſt finis phyſicus rerum omnium naturalium: certe ſi homo dicitur o Ariſtoteli finis omnium quodam-
o 2. phyſ 24. modo, nempe finis cui; quoniam homo eſt, cui concedunt omnia in vtilitatem; multo potiori ratione Mũ- B
dus totus eſt finis omnium, quia vniuerſum eſt illud, cuius conſtituendi, & integrandi gratia ſingula elementa ſecundum naturam mouentur ad propria loca, grauia ad medium, leuia a medio, & cœleſtia grauitatis & leuitatis expertia ſemper circa medium rotantur. Itaque Mundus totus quum ſit cauſſa finalis phyſica rerum omnium naturalium, eſt vere proprieque Natura. Primum ergo Mouens immobile ab alio, ſiue Cælum ſumas, ſiue Mundum totum, eſt vere proprieque Natura. Sed & hoc de Mundo ſic notum C
eſt, vt communiter Philoſophi Mundum appellent nomine Naturę ſimpliciter; dum enim quærunt verũ
p 1. poſt t. 1. aliquid ſit abſolute in Mundo: formantes p primam quęſtionem ſimplicem de rei cuiuslibet exiſtentia, inquirunt an id ens ſit in rerum Natura. Quin & Ariſtoteles cum alijs veteribus, quorum placitum collau-
q 1. met. ſu. 2. c. 2 dat, inquiens, q *Quare, qui vt animalibus, ita in Natura Intellectum ineſſe cauſſam Mundi, totiuſque ordinis dixerat, quaſi ſobrius comparatus ad Antiquiores vana*

*dicentes*

A *licentes, appetunt*; aperte ſupponit, conſtituitque
Mundum eſſe Naturam. Sic ergo Primum-Mouens
immobile ab alio, quod eſt tum Cælum, tum Vniuerſum, eſt vere Natura.

### *Primum-Mouens ſub ratione finis, formaliter immobile a ſe, & ab alio, vere Naturam eſſe proprie dictam; quod in ſe contineat quatuor præcipuas Naturæ rationes.* CAP. VI.

FInalem cauſſam abſolute ſumptā generatimque,
vere ac proprie naturam eſſe, ſatis nos docuit A-
riſtoteles, tum vbi decernit, [a] Generationem dici &
B eſſe vere Naturam, quia eſt via ad Naturam: quæ ſa- [a] 2. phyſ t. 14.
ne Natura, ad quam generatio eſt via, & a qua gene-
ratio cognominatur Natura, nihil eſt aliud, quam fi-
nis, decreto Ariſtotelis; cui [b] Iuſtum eſt omnia appel
lare a fine: tum vbi ſcribit, [c] *Natura autem finis eſt, &* [b] 2. de an. t. 49.
*id cuius cauſſa.* tum vbi ſtatuit, [d] Naturam eſſe ac di- [c] 2. phy. t. 23.
ci formam, & ſubſtantiam, quæ finis eſt generationis. [d] 5. met. t. 5.
vt latiꝰ ſuperius oſtendimus. Sed quum Naturæ ratio [e] cap. 4.
quatuor attributis eſſentialibus contineatur, vt [f] ſu- [f] cap. 5.
pra demonſtratum eſt; aperiendum nunc eſt, quæ ra-
tio Naturæ, & quomodo congruat finali cauſſæ, prout
C dicitur Primum-Mouens. Sane prima ratio Naturæ
ſita eſt in eo, quod eſt eſſe Generans, & efficiens res
naturales, ſeu eſſe principium productiuum rerum
phyſicarum; ob cuius attributi participationem vete-
res, vt ait [g] Ariſtoteles, probare conabantur, Mate- [g] 2. phyſ. t. 7
teriam eſſe Naturam; quam probationem quum Ari-
ſtoteles [h] laudet, & accipiat ad oſtendendum etiam [h] 2. phyſ. t. 10.
formam eſſe naturam; quumque longe alia ratione ge- [i] 2. phyſ. t. 13.
nerationem promoueat materia, quam forma; nam
illa

illa k patiendo, & hæc l agendo; vt oſtendit antea Philoſophus: vnde ſi quapiam ratione finalis cauſſa generationem promoueat, erit vere ac proprie Natura per primi attributi participationem, non ſecus atque materia, & forma: Verum hac in re ſi conſulamus Ariſtotelem, comperiemus eum in promouenda rerũ naturali generatione primas dare cauſſę finali, ſecundus efficetrici; velleque finem eſſe magis cauſſam generationis phyſicæ, quam ſit efficiens; ait enim ad verbum, m *Ad hęc, quum plures cauſſas generationis naturalis eſſe videamus, ſcilicet eam, cuius gratia res gignitur; atque eam, vnde mouendi principium ſit; definiendum de iis etiam eſt, quænam prima, quæ ſecunda haberi debeat: Principatum ſane illa obtinere videtur, quã ſub hoc verbo, cuius gratia, ſignificamus: hæc enim ratio eſt; ratio autem principium eſt pariter in rebus tam Arte, quam Natura conſtituendis: Vbi enim vel per intellectũ, vel per ſenſum Medicus ſanitatem, Opifex ædes definierit; rationes & cauſſas rei, quam facit, reddere ſolet; & cur ita faciat ſubiungit: quanquam illa, cuius gratia, cauſſa & ratio boni & pulchri, Naturæ operibus potius, quam Arti coniuncta eſt*. Primum itaque Naturæ attributum, primaque Naturæ ratio, maxime conuenit cauſſæ Finali, quæ principalis eſt cauſſa generationis naturalis, potiorque quam cauſſa efficiens: Quocirca ſi cauſſa qualibet generationem rerum naturalium promouens, etiam paſſiue, vere ac proprie n Natura eſt, decretis Ariſtotelis: quum eidem Philoſopho cauſſa finalis generationem rerum naturalium præcipue o promoueat: iam cauſſa finalis generatim ſumpta, proindeque Primum Mouens immobile quod finis p eſt, dici debet eſſe vere proprieque Natura.

K 2.phy. t. 10.
l 1.phyſ. t. 51.
m 1. de part. c. 1.
n 2.phyſ. t. 1.7.10. 12.13.
o 1. de part. c. 1.
p 3. de an. t. 54.
5. met. t. 5.

A
B
C

A tura. Secunda vero Naturæ ratio continetur in eo
tota, vt [q] oſtendimus, quod eſt eſſe id, cuius [r] gratia *q cap. 5.*
fit omnis generatio phyſica: ſed quum hæc ſit ipſiſſi- *r 5.meta.*
ma ratio, & eſſentia cauſſæ finalis; quæ definitur ge- *c. 5.*
neratim eſſe id, cuius [ſ] gratia fit quodcumque gene-
ratur phyſice; ſeu id, cuius [t] gratia omnia agunt, quę- *ſ 2.phyſ.*
cumque [u] agunt ſecundum naturam: aperte conſtat, *t. 23. 29. 31.*
cauſſæ finali generatim eſſentialiter conuenire ſecun- *t 2.de an.*
dum rationem Naturæ proprie dictæ; proindeque *c. 34.*
Primum-Mouens illud, quod eſt finis generationis *u 2.phy.*
cuiuſque naturalis abſolute, dici & eſſe vere Natu- *t. 45. & ſeqq.*
B ram. Tertium attributum, in quo conſiſtit alia Na-
turæ ratio, eſt eſſe id, cuius participatione conſtitui-
tur in eſſe, ac denominatur res naturalis; quod ſupra
[x] probauimus ex [y] Ariſtotele: modo res naturales ge- *x cap. 5.*
nerabiles, vt dicuntur naturales a fine, cuius gratia *y 2.phyſ.*
fiunt; nam iuſtum eſt omnia appellare a [z] fine: ita cō- *t. 12.*
ſtituuntur in eſſe per finem; etenim forma in conſti- *z 2. de an. t. 49.*
tuenda in eſſe re qualibet naturali fungitur officio
cauſſæ finalis; quum enim eſſe rei naturalis eſſentia-
lem habeat habitudinem tum ad generationem, quā
terminat; eſt enim generatio rei mutatio de non eſſe
C ad [a] eſſe: tum ad rem ipſam iam genitam: tum ad rei *a 5. phyſ.*
genitæ operationes: porro τὸ eſſe comparatum ad *t. 4.*
generationem, eſt illius finis; quum generatio defini-
tur eſſe rei mutatio de non eſſe ad eſſe: collatum vero
ad rem iam genitam, eſt illius eſſentia, & forma; quæ
definitur eſſe ratio [b] eius quod quid erat eſſe: relatum *b 2.phyſ. t. 28.*
autem ad rei genitæ functiones, eſt illarum cauſſa ef-
ficiens: Quum itaque res naturales generationi ob-
noxię conſtituantur in eſſe per formam in termino
ſuæ generationis; forma vero ſe habeat ad generatio-

 nem

nem vt finis; proptereaque Primum-Mouens illud, quod eſt cauſſa finalis generationis proxima, quum vere ac proprie conſtituat in eſſe res naturales, vere ac proprie dici debet Natura. Quartum & poſtremũ attributum, in quo conſiſtit ratio Naturæ, eſt eſſe principium [a] primum motus & quietis per ſe in quo eſt non ſecundum accidens: quæ quidem Naturæ definitio licet pleriſque cenſeatur nullo modo conuenire primo-Mouenti ſub ratione finis, ei tamen aptiſſime congruit: etenim motus, quo de agitur in hac definitione Naturæ, non eſt ſola latio, nec ſola alteratio, nec ſola auctio, diminutioue; ſed motus in vniuerſum, vt quid his commune, ac inſuper [f] generationi, & corruptioni: Modo ſi generationem accipiamus (quam Ariſtoteles nondum ab alteratione diſtinxerat, & paullo [g] antea complexus fuerit ſub alterationis nomine) profecto finalis cauſſa eſt principium primum motus generationis per ſe in quo eſt nõ ſecundum accidens: principium quidẽ primum, hoc eſt non inſtrumentale, ſed principale motus generationis per ſe, vt nuper vidimus ex Ariſtotele verbis ipſiſſimis, [h] *Ad hæc, quum plures cauſſas generationis naturalis eſſe videamus, ſcilicet eam, cuius gratia res gignantur, atque eam, vnde mouendi principium ſit; definiendum de iis etiam eſt, quænam prima, quæ ſecunda haberi debeat: principatum ſane illa obtinere videtur, quam ſub hoc verbo Cuius gratia, ſignificamus.* &c. quod etiam alibi monet Ariſtoteles inquiens, [i] *Subſtantiam enim generatio ſequitur, & ſubſtantiæ gratia eſt, non ipſa generationem. Veteres tamen naturæ interpretes contra eſſe putarunt: cuius erroris cauſſa fuit, quod cauſſas plures eſſe non viderent, ſed materiã tantum, &*

5. met. 5.

a 1. phyſ. 5.

e 3. phyſ. c. 6.

f 1. de gen. & corr.

g 1. phyſ.

h 1. de par. c. 1.

i 5. de gener. an. cap. 1.

A *motus cauſſam, eamque indefinite cognoſcerent: rationis vero & finis cauſſam non conſiderarent. Sed enim alicuius gratia vnumquodque eſt: gignitur autem iam ob eam cauſſam, & reliquas, quæ in ratione cuiuſque continentur; quæ vel alicuius gratia eſt, vel cuius gratia aliud eſt.* Eſt itaque finalis cauſſa principium primarium motus generationis naturalis per ſe: ad deductum eſt, *in quo eſt non ſecundum accidens*; tum quia finalis cauſſa generationis, eſt terminus ad quem ipſa generatio tendit; adeoque [k] forma ſub ratione boni & appetibilis: forma vero ſub hac ratione finis eſt in B eo, quod generatur; in eoque non ſecundum accidens, ſed per ſe ineſt, quoniam eſt illius pars eſſentialis; non enim toti pars accidit, ſed in eo ineſt per ſe. Verum vt intimius appareat quomodo cauſſa finalis generationis ſit per ſe in eo, quod generatur; illud obſeruandum eſt, quod gignitur, accipi poſſe tum in actu ſuæ generationis, tum etiam in eiuſdem ſuæ generationis termino: Si quidem accipiatur in actu ſuæ generationis, quia tunc quod fit, partim eſt, & partim non eſt, vt ait Ariſtoteles, tum inquiens [m] *Semper etenim eſt aliquid medium, vt inter eſſe, & non eſſe* C *generatio; ita quod fit inter exiſtens, & non exiſtens*: tum alibi dicens, [n] *Tranſitio de non eſſe per medium fieri ſolet*: In eo vero, quod generatur, ineſt per ſe finis ſuæ generationis vel poteſtate partim, & partim actu, ſi non omnino actu, ſiue ſi non in actu completo: & hoc eſt proprium finis, quo diſtinguitur ab alijs cauſſis quibuſque; quia materia, forma, & efficiens, dum ſuo munere funguntur, actu ſunt, hoc eſt vere præſentia; finis autem mouet quidem agens vt præſens in intentione, ſed vt abſens in eſſe reali; ſuo namque hoc mu-

k 5. met. t. 5.
l 1. phyſ. t. 81.
m 2. met. t. 7.
n 5. de gener. an. 1.

nere fungitur vt poſſibilis comparari, & potentia exi- A
ſtens; mouet enim vt [o] appetibile bonum; appetibile
vero mouet non niſi dum [p] abeſt reipſa potens adeſſe;
ſed ſimul cum agente a ſe moto generationem pro-
mouet partim actu comparatus, & partim compara-
bilis; nam & elementa dum generantur, dicuntur tan-
tum acquirere de forma, quæ eſt finis ſuæ generatio-
nis, quantum de vbi; vt colligitur ex [q] Ariſtotele:
Natura vero definitur eſſe principium primum, mo-
tus & quietis per ſe, in quo eſt non ſecundum acci-
dens abſolute, ſiue in eo inſit potentia, ſiue actu, ſiue
partim actu & partim potentia. Si vero ſumatur id, B
quod gignitur, in termino ſuæ generationis, iam tunc
in eo eſt actu, ac præſens forma, quæ eſt finis ſuæ illius
generationis; & in eo ineſt per ſe: Vnde clare conſtat
abſolute, finalem cauſſam eſſe principium primum
motus generationis naturalis per ſe in eo in quo eſt
non ſecundum accidens; adeoque Primum-Mouens,
quod eſt finalis cauſſa rerum naturalium, eſſe vere
ac proprie Naturam. Hęc autem cauſſa finalis, quæ
Natura dicitur, [r] gemina eſt, nempe forma, & ſub-
ſtantia compoſita ex materia & forma in ea priorita-
te naturæ, qua ſubſtantia præcedit omnia ſua acci- C
dentia; nam quum generatio ſemper habeat adiun-
ctam [ſ] alterationem; quod phyſice gignitur corpus
naturale non eſt ſubſtantia pura, ſed complicata phy-
ſicis accidentibus; eſt enim corpus [t] ſenſibile, hoc eſt
quantitate [u] præditum, & qualitate affectum; in quo
aggregato ineſt tum forma, tum etiam compoſitum
ex materia & forma; quod vtrumque ſubſtantia pu-
ra eſt, ac finis generationis naturalis; vt pars in toto
phyſico: & eſt quidem forma generationis finis par-

tialis

o 3. de an. t. 54.
p 1. phyſ. t. 81.
q 8. phyſ. t. 32.
r 5. meta t. 5.
ſ 1. cœl. t. 140.
t 1. cœl. t. 95.
u 8. phyſ. t. 40. & ſeqq.

A tialis ac præcipuus; compoſita vero ſubſtantia finis eſt, eiuſdem generationis adæquatus atque totalis; & quia pariter [w] ſubſtantia eſt forma, & compoſitum ex materia & forma; propterea Magiſter finem generationis eſſe dicit [x] ſubſtantiam, & alibi, [y] formam, & ſubſtantiam, his verbis, *Et forma, & ſubſtantia: hec autem eſt generationis finis*. Finalis ergo cauſa, proindeque [z] Primum-Mouens, eſt proprie ac vere Natura, tum alijs nominibus, tum quia vere eſt principium primum motus generationis per ſe in quo eſt non ſecundum accidens.

w 2. de an. t. 2. x 7. de gen. an. cap. 1. y 5. met. t. 5. z 3. de an. t. 54.

B *Primum-Mouens immobile penitus, quod eſt omnis Intelligentia ſecunda infra Deum, cœlorum orbibus appropriata, motuſque cœleſtes promouens, eſſe vere ac proprie Naturam, quod habeat in ſe rationes omnes Naturæ, omniaque attributa eſſentialia Naturæ. CAP. VII.*

QVum Ariſtoteles in octauo Phyſicorum agat ex profeſſo de motus æternitate, per quam aſcendit ad inueſtigandum exiſtentiam, numerum, immobilitatem, impartibilitatem, & alia [a] Primi-Mouentis attributa eſſentialia: quumque peragat primum de perpetuitate Motus in [b] vniuerſum, deinde C de perennitate motus [c] cœleſtis generatim; propterea duplicem comperit in rerum Natura Primum-Motorem efficienter penitus immobilem: alter quidem eſt, a quo pendet immediate motus cœleſtis; qui Motor eſt Intelligentiarum ſecundarum chorus infra Deum cœlorum orbibus appropriatus: alter autem eſt, a quo prouenit motus vniuerſim ſumptus, velut a cauſa prima & communiſſima motuum omnium effectrice; qui Motor eſt Prima ſimpliciter Intelli-

a 8. phyſ. t. 3. b 8. phy. t. 1. & ſeqq. c 8. phyſ. t. 54. & ſeqq.

telligentia, & omnino Deus optimus concurrens cum omnibus cauſſis ſecundis ad effectus quoſcumque producendos, ad motus quoſcumque phyſicos promouendos, & [d] æternitatem motus vniuerſim ſumpti, ſpeciatimque [e] perennitatem generationis efficiens, aliaſque cauſsas motus omnes [f] promouens. Age nunc ſpeciatim agamus de Primo-Mouente cæleſtibus orbibus appropriato, motum circularem perpetuum in cælis efficiente. Hunc ſane Primum Motorem eſse vere ac proprie Naturam; non vnum eſt quod edoceat apud Ariſtotelem: In primis enim cauſſa efficiens ac producens entia naturalia eſt vere ac proprie Natura; vt [g] ſupra demonſtratum eſt ex Ariſtotele [h] multis in locis: Modo Intelligentia cæleſtes orbes mouens eſt cauſsa generans ac efficiens omnia naturalia, ſpeciatimque Meteorologica nuncupata; vt conſtat ex Ariſtotele tum ſcribente, [i] *Accidentium circa ipſum ignem, & terram, & cognata his, vt in materiæ ſpecie eorum, quæ fiunt, cauſſas oportet putare; ſubiectum enim, & patiens appellamus hoc modo: cauſſa autem & vnde motus principium, eorum quæ ſemper mouentur, virtus cauſſa ponenda*; Virtus autem cælum ſemper mouens eſt Intelligentia cælo appropriata: tum etiam conſtituente, [K] A tali principio, quod immobile quum ſit, mouet motu circulari cæleſtes orbes, pendere cælum, & naturā, puta [l] generationem abſolutē, quæ fit ſolū in [m] elementari regione ſub cęlo; atque veluti cælū ab Intelligētia propria pendet vt a forma, & a ſui fine; quod mox oſtendemus: ita natura, quę eſt generatio rerum phyſicarum, ab Intelligentia pendet vt a cauſsa effectrice: Primum ergo Mouens immobile, cæleſtibus orbibus appropriatum, quod Intelligen-

d 8. phyſ. t. 46.
e 2. de gener. t. 59.
f 8. phyſ. t. 47.
g cap. 4.
h 2. phyſ. t. 1. 2. 12. & alibi paſſim.
i 1. metſu. 1. c. 2.
K 12 meta. t. 38.
l 8. phyſ. t. 14. 5. meta. t. 5.
m 4. meta t. 23.

A

B

C

A ingenita dicitur; hoc primum non minus eſt vere ac proprie Natura; quod eſt cauſſa efficiens generationem vniuerſim, & generans omnia naturalia; quæ non niſi a [n] Natura producuntur. Deinde vero cauſſa finalis, cuius gratia fiunt, vel ſunt res naturales, eſt vero ac proprie Natura; vt [o] ſupra vidimus ex [p] Ariſtotele: modo Primum-Mouens, quod eſt Intelligentia cælo appropriata, eſt finis, cuius gratia Cælum eſt, quod reponitur inter corpora [q] naturalia: vt enim anima eſt finis, cuius gratia factum eſt; ſiue potius, eſt a natura corpus organicum ſibi ſubiectum, quo tamquam in-
B ſtrumento vtitur ad operationes vitæ obeundas; vt ait [r] Ariſtoteles; & recte; nam inſtrumenta ſunt gratia principalis agentis, cui deſeruiunt ad operandum: ita ſane Primus-Motor, qui eſt [s] Intelligentia cælo appropriata, cæleſti corpore ſibi ſubſtrato velut organo ſemper vtens ad gubernanda, conſeruanda, mouenda, ſpeciatimque producenda ſubcæleſtia cuncta; quæ cæleſti motu gubernantur, conſeruantur, mouentur, ſpeciatimque producuntur; Intelligentia ergo Primo-Mouens immobilis eſt finis cuius gratia cælum eſt: quare iam vere ac proprie Natura dici debet: Deinceps au-
C tem, id, a quo, velut a forma, dependet corpus aliquod naturale, non poteſt eſſe niſi vere ac proprie Natura; quod [u] ſupra quoque probauimus ex [x] Ariſtotele: Modo Primum-Mouens immobile, quod eſt Intelligentia cælum perpetuo voluens, eſt principium, a quo cælum [y] dependet, quod eſt corpus [z] naturale: cælum autem æternũ quum ſit Ariſtoteli & [a] ingenitum, ab Intelligentia pendere non poteſt niſi vel vt a ſui fine, vel vt a ſui forma: igitur vtroque modo cæleſtis Intelligẽtia, proindeque Primum-Mouens immobile penitus, eſt

n 2. phy t. 1. & ſeqq.
o ... 4.
p 2. phy t. 14. 2...
1. de pa c. 1.
5. met. 5.
q 3. cæ t. 1.
7. met. t. 5.
r 2. de a t. 36. 3...
s 1. deg t. 13. 1...
t 2. de g t. 56. & ſeqq.
u cap 4...
x 2. phy t. 12.
1. de pa cap. 10
5. met t. 5.
y 12. m t. 38.
z 1. ... part. c. 8. me t. 1.
a 1. cæl 20. & ſeqq.

A alia quam cœlum: Cœlum igitur eſt corpus naturale. Deinde vero ſcribens, [K] *Quoniam autem eorum, quæ natura dicuntur: hæc quidem ſunt ſubſtantię; illa vero opera, & paſſiones harum: (dico autem ſubſtantias quidem, ſimplicia corpora, vt ignem, terram, & quæcumque ex his, veluti & totum cælum, & partes eius; & rurſus animalia, & plantas, & partes horum: &c.* Deinceps autem aſſerens, [l] *Videtur autem ſubſtantia exiſtere maniſeſtiſſime quidem in corporibus: quare animalia, & plantas, & eorum partes ſubſtantias eſſe dicimus; ac naturalia corpora, vt ignem, aquam, terram; ceterorum quoque*

K 3. cæ. t. 1.

l 7. met. t. 5.

B *ſingula; & quæcumque aut horum partes, aut ex his ſunt, aut partibus, aut omnibus; vt cælum, & eius partes, ſidera, Luna, & Sol.* Pręterea quoque repetens, [m] *Subſtantiæ vero quædam ob omnibus conceſſæ ſunt, vt ignis, terra, aqua, & alia ſimplicia corpora; deinde plantæ, & partes earum; & tamdem cælum, & partes cæli.* & mox. † *In naturalibus igitur & generabilibus ſubſtātijs neceſſe eſt ita procedere, ſi quis recte procedat; ſiquidem hæ, totque cauſſæ ſunt, & oportet cauſas cognoſcere: De naturalibus autem, ſed perpetuis ſubſtantijs alia ratio eſt; fortaſſis enim quædam non habent materiam, aut non talem, ſed ſolum quæ ſecundum locum mobilis eſt.*

m 8. met. t. 1.

† t. 2.

C Inſuper autem notans, [n] *Verum ſubſtantiæ tres ſunt; vna ſenſibilis; cuius quædam ſempiterna, quædam corruptibilis; quam omnes concedunt, veluti plantæ, & animalia: ſempiterna vero, cuius elementa, ſiue vnum; ſiue multa ſint, accipere neceſſe eſt: alia immobilis:* & paucis interpoſitis, [o] *Illæ itaque Naturalis; cum motu namque ſunt;* nimirum ſubſtantia ſenſibilis ſempiterna, & corruptibilis: *iſta autem; quę immobilis dicitur, alterius eſt Artificis, ſi nullum eis* tribus ſubſtantijs *commune princi-*

n 12. met. t. 5.

o 12. met. t. 6.

 pium

*pium eſt: ſenſibilis vero ſubſtantia mutabilis eſt*. Deni- A
que pariter dicens, p *Quum vero tres ſint ſubſtantiæ, duo quidem naturales, alia autem immobilis: de hac eſt dicendum, quod neceſſe eſt perpetuam aliquam & immobilem ſubſtantiam eſſe*. Verum & ratio multiplex conuincit, cœlum eſſe corpus naturale; quum enim corporum alia ſint naturalia, & alia ſint artificioſa in genere ſubſtantiæ, vt ait q Ariſtoteles: quumque cælum in genere ſubſtantiæ non ſit corpus arte factũ; eſt itaque corpus naturale. Deinde motus non eſt ſine corpore naturali apud r Ariſtotelem: ſed in cælo motus ineſt eidem ſ Autori, & omnibus oculos haben- B
tibus: ergo cælum eſt corpus naturale. Deinceps omne per ſe mobile motu ſecundum naturam eſt corpus naturale, ad corporis artificioſi differentiam, quod mouetur per accidens ſolum, vt docet t Ariſtoteles: aſt eidem Philoſopho Cęlum u mouetur per ſe motu circulari ſecundum naturam: ergo Cælum eſt corpus naturale. Poſtremo Naturalis Philoſophus per ſe nõ agit niſi de corporibus naturalibus: modo Phyſiologus agit per ſe de corpore x cæleſti fuſiſſime: Cęlum igitur eſt corpus naturale. Ceterum quum naturalia corpora duas ad claſſes ab Ariſtotele redigantur, ani- C
matorum, & inanimorum, vbi ait, y *Subſtantiæ autẽ maxime eſſe videntur corpora; & eorum, naturalia; hæc enim aliorum principia: Naturalium autem alia quidem habent vitam, alia autem non habent*. Cælum inter naturalia corpora vitam habentia, ſi non vegetalem, quam vt communiorem illico determinat Ariſtoteles nutricatu, augmento, decrementoque ab interno principio, ſaltem motiuam, & intellectiuam, de qua poſterius agit inquiens, z *Multipliciter autem ipſo viuere*

p 12. meta t. 29.
q 1. phyſ. t. 61. 63. 2. phyſ. t. 1. & 2.
r 1. cæl. t. 99.
ſ 5. phyſ. t. 84.
t 2. phyſ. t. 1. 2.
u 1. cœl. t. 15. & ſeqq.
x 1. cœl. 2. cœl. & alibi paſſim.
y 2. de an. t. 3.
z 2. de an. t. 13.

A *uere dicto, & ſi vnum aliquod horum inſit ſolum; viuere ipſum dicimus, vt intellectus, & ſenſus, & motus, & ſtatus ſecundum locum: adhuc autem motus ſecundum alimentum, & augmentum, & decrementum:* Cælum inquam inter naturalia corpora vitam habentia, & animata connumerari, pluribus argumentis etiam oſtenditur: In primis enim Ariſtoteles ait, [a] *Quod igitur in animalis vita principium eſt? quodnam aliud, præter nobile iſtud animal, quod Cælum, Solem, Stellas, & planetas circuit?* Deinde ſcribit, [b] *Cælum autem animatum eſt, & habet motus principium: manifeſtum eſt, quod habet ſurſum, & deorſum, & dextrum, & ſiniſtrū.*

a 1. de plan. c. 1.

b 2. cœl. t. 13.

B Præterea dextrum & ſiniſtrum ſolis viuentibus in animalium genere conueniunt, decreto [c] Ariſtotelis; aſt eiuſdem ſententia dextrum & ſiniſtrum proprie inſūt in [d] cælo: Cælum igitur Ariſtoteli proprie animal eſt. Inſuper omne viuens quocumque nonuiuente præſtantius eſt, vt inquit Ariſtoteles ita, [e] *Quumque anima ſit corpore melior, animatumque inanimato præſtet propter animam, & viuere quam non viuere melius ſit:* at vero Cælum præſtantius eſt quocumque corpore ſubcæleſti, de mente Magiſtri, qui talia ſcribit, [f] *Sunt*

c 2. cœl. t. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

d 2. cœl. t. 13.

e 2. de gener. an. c. 1.

f 2. phyſ. t. 44.

C *autem quidam, qui & cæli huius, & mundanorum omniū cauſſam eſſe ponunt Caſum; a caſu enim fieri dicunt reuolutionem, & motum, qui diſcreuit, & conſtituit in hunc ordinem Vniuerſum.* [g] *Et valde hoc ipſum admiratione dignum eſt, quod dicant ipſi quidem animalia, & plantas a fortuna nec eſſe, nec fieri, ſed aut naturam, aut intellectum, aut quippiam tale aliud eſſe cauſſam; non enim quoduis ex ſemine vnoquoque fit, ſed ex tali quidem olea, ex tali autem homo: cælum autem, & diuiniora ſenſibiliū a caſu fieri: talem autem cauſſam nullam eſſe, qualem a-*

g 3. phyſ. t. 45.

*nimalium, & plantarum*. Quibus verbis euidenter Ariſtoteles ait cęlum eſſe præſtantius omnibus animantibus elementarijs, & ſpeciatim homine. Deinceps alibi ſcribit, agens de cælo in relatione ad corpora ſubcæleſtia, [h] *Ex his igitur manifeſtum eſt, quod eſſe nata eſt quedam ſubſtantia corporis alia, preter eas, que ſunt hic conſiſtentias, diuinior & prior his omnibus*, nulla excepta; & paullo poſt, [i] *Quapropter ex omnibus his aliquis ratiocinando crediderit, quod eſt aliquod preter corpora, que hic, & circa nos ſunt, alterum ſeparatum, tanto honorabiliorem habens naturam, quanto plus diſtat ab ijs, que hic ſunt*. Sic igitur animalibus noſtratibus, & homine cælum eſt præſtantius Ariſtoteli. Qui repetit hoc ipſum alio in loco dicens, [k] *Quod ſi hominem ceterorum animalium optimum eſſe dixerint, id nihil refert: quandoquidem homine alia natura ſunt longe diuiniora; vt ea, que ſunt manifeſtiſſima, ex quibus mundus conſtitutus eſt*; quem alibi conſtitutum dixerat ſpeciatim ex corporibus [l] cæleſtibus. Quin & alio in loco dicit, [m] *Celum autem, quia functionem habet nobiliorem multo, digniorem que noſtra, procul ab hiſce diſſitum eſt*: quum autem ab operationibus ad animam [n] Ariſtoteles neceſſariam ducat conſequentiam; propterea Magiſtro cęlum eſt animatum, & animal homine pręſtantius. Adijciendum his eſt, omne illud eſſe viuẽs & animatum, cuius operatio propria eſt [o] vita; animatum enim determinatur ab inanimato ipſo viuere; vita vero multipliciter dicitur, ſed ſpeciatim de motu locali [p] a principio interno effectiuo: quum autem circularis motus dicatur ab Ariſtotele [q] vita ſempiterna cæli, & operatio vitalis, ac immortalitas diuini corporis, quod cælum appellatur; iam cælum Ariſtoteli

[i] 1. cœl. t. 16.

[k] 6. ethic. c. 7.

[l] 1. cœl. t. 5. & ſeqq. lib. de mun. c. 2.

[m] 1. de plan. c. 1.

[n] 1. de an. t. 12. 13. & 2. de an. t. 13.

[o] 2. de an. t. 3. 13. 37.

[p] 2. de an. t. 13. 3. de an. t. 40.

[q] 2. cœl. t. 17.

A viuens eſt & animatum; verba Philoſophi perſpicua ſunt., *Eorum vnumquodque, quorum eſt opus, eſt gratia operis. Dei autem* (hoc eſt Cœli) *operatio immortalitas eſt; hoc autem eſt vita ſempiterna: itaque neceſſe eſt motum ſempiternum Deo ineſſe: quoniam autem cælum tale eſt (corpus enim quoddam diuinum eſt* (hoc eſt æterne viuens) *ob hoc habet circulare corpus, quod natura circulariter mouetur ſemper*: Cœlum igitur Ariſtoteli corpus eſt animatum & viuens. Nec omittenda ſunt ea, quæ de propoſito ſcribit Ariſtoteles alibi corrigens vulgi famam de corporibus cœleſtibus, quæ paſſim a

B multis inanimata putantur, dum ait, r *Atque hoc merito dubitauerit vtique aliquis, & propter quam cauſſam in prima quidem latione tanta ſit aſtrorum multitudo, vt ex ijs, quæ numerari nequeunt, eſſe videatur totus ordo; in alijs autem vnum ſeorſum ſingulare: duo autem, aut plura non videantur in eadem infixa latione. De his igitur quærere quidem bene ſe habet & ad eam, quæ ad plura ſe diffundit, intelligentiam, quamuis paruas habeamus cauſſas, tantaque elongatione diſtemus ab ijs, quæ circa ipſa accidunt; ſi tamen ex talibus contemplemur, nihil vtique irrationabile videbitur id eſſe, quod nunc dubitatur: ſed*

r 2. cœl. t. 61.

C *nos de ipſis vt corporibus ſolum, & vnitatibus, ordinem quidem habentibus, inanimatis autem omnino cogitamus: oportet autem ac ſi participarent actione, & vita exiſtimare: ſic enim nihil id eſſe videbitur præter rationem, quod accidit.* & paucis interpoſitis, ſ *Quapropter oportet putare & aſtrorum actionem eſſe talem, qualis animalium eſt, ac plantarum: etenim hic hominis actiones plurimæ ſunt*: actiones autem plantarum, animalium, & hominis omnes vitales exiſtunt, ab t anima prodeuntes: quare cœlum Ariſtoteli ponitur eſſe viuens, & animatum.

ſ 2. cæl. t. 53.

t 2. de an. t. 24

tum. Vltimò Philoſophus ea methodo Primum motorem inuenit, vt conſtituens quæcumque mouentur ab alio non in infinitum numerari, ſed tandem peruenire ad vnum primum, quod non amplius moueatur ab alio, ſed à ſemetipſo, ſeu à principio mouente interno; verba Magiſtri clara ſunt ea, [u] *Si ergo neceſſe eſt omne, quod mouetur, ab aliquo moueri; & aut ab eo, quod mouetur ab alio, aut non; & ſi ab alio quidem, quod mouetur, neceſſe eſt aliquid eſſe primum mouens, quod non ab alio. Si autem huiuſmodi eſt primum, non neceſſe eſt eſſe alterum: impoſſibile enim eſt in infinitum abire mouens, & ipſum quod mouetur ab alio: infinitorum autem nihil eſt primum. Si ergo omne quidem, quod mouetur, ab aliquo mouetur; primum autem mouens mouetur quidem, non autem ab alio, neceſſe eſt ipſum à ſeipſo moueri*: modo tale mouens primum, ab alio non motum, ſed à ſeipſo, ante quod non eſt neceſſe alterum eſſe, à quo moueatur; & ad quod neceſſe eſt tandem peruenire in omni motu, ſolum eſt cœlum; nam homo ante ſe cœlum ſupponit, à quo mouetur, & in mouendo gubernatur, vt vnumquodque aliorum mouentium ſubcœleſtium, decretis Ariſtotelis; cui [x] *eſt ex neceſſitate continuus quodammodo iſte* mundus elementaris *ſuperioribus lationibus, vt omnis ipſius virtus inde gubernetur: vnde enim motus principium, illam cauſam putandam primam*: Cœlum igitur eſt illud primum mouens corporeum, ab alio non motum, ſed à ſeipſo, ad quod neceſſarium eſt tandem referre motus omnes mouentium, quæ ab alio mouentur: Verum Ariſtoteli quodcunque mouetur à ſeipſo, viuens eſt, animatum, ac propriè animal; ait enim, [y] *Et fit aliquando in nobis ex nobis ipſis principium motus, & ſi nihil extrinſecus moueat; hoc enim in inanimatis*

[u] 8. phyſ. t. 34.

[x] 1. meteor. c. 2.

[y] 8. phyſ.

A B C

A *matis ſimiliter non videmus; ſed ſemper mouet ipſa aliquid aliud eorum, quæ ſunt extra; animal autem ipſum dicimus ſeipſum mouere.* ac paullo poſt [z] *Maxime autem* z t. 20. *videbitur tertium habere dubitationem, propterea quod fit, quum non eſſet prius, motus: id videlicet, quod accidit in animatis: quieſcens enim prius, poſtea vadit, mouente exteriorum nullo, vt videtur: hoc autem falſum eſt; conſpicimus enim ſemper aliquid eorum, quæ congenita ſunt, moueri in animali: huius autem motus ipſum animal cauſſa non eſt, ſed continens furſitan: Ipſum autem dicimus ſeipſum mouere non ſecundum omnem motum, ſed* a 8. phyl *ſecundum motum ſecundum locum.* & poſtea, [a] *Eorum* t. 27. B *autem, quæ per ſe* mouentur, *alia quidem a ſeipſis, alia vero ab alio; & alia quidem natura, alia vero violentia & præter naturam: quod enim ipſum a ſeipſo natura mouetur, vt vnumquodque animalium; mouetur enim animal* b t. 28. *ipſum a ſeipſo.* Et adhuc infra, [b] *Et maxime moueri ab aliquo id, quod mouetur, in iis, quæ præter naturam mouentur, eſt manifeſtum, propterea quod manifeſtum eſt ab alio moueri. Poſtea autem quæ ſunt præter naturam eorum, quæ ſunt ſecundum naturam, ipſa, quæ a ſeipſis, vt animalia: non enim hoc eſt immanifeſtum, an ab aliquo moueantur, ſed quomodo oportet accipere id ipſius, quod* C *mouet, & id, quod mouetur. Videtur enim vt in nauibus, & in iis, quæ non natura conſtant, ſic & in animalibus eſſe diuiſum id, quod mouet, & id, quod mouetur.* & mox, [c] *Etenim ipſa* inanimata, ſeu elementa *a ſeipſis* c t. 29. moueri *dicere impoſſibile eſt; vitale enim hoc, & animatorum eſt proprium.* & multo poſt, [d] *Ponẽtes omne, quod* d t. 50. *mouetur, ab aliquo moueri; & hoc eſſe aut immobile, aut quod mouetur; & quod mouetur aut a ſeipſo, aut ab alio ſemper, proceſſimus vt accipiamus quod eorum, quæ mouentur,*

*uentur, eſt principium: eorum quidem, quæ mouentur, id quod ipſum ſeipſum mouet; omnium autem, id, quod immobile eſt: videmus autem & manifeſte eſſe eiuſcemodi, quæ mouent ipſa ſeipſa, vt animatorum, & animalium genus.* Quum itaque cælum ſit primum-mouens corporeum ab alio non motum, ſed a ſeipſo ſecundum Ariſtotelis doctrinam, a Diuo quoque Thoma *e* propoſitam, cognitamque in dictis Magiſtri; quod latius infra patebit; iam dicendum eſt ex Ariſtotele Cælum eſſe viuens, animatum, & animal. Quod autem anima cæli ſit Intelligentia motrix orbi cæleſti appropriata, clare deducitur etiam ex eodem Ariſtotele multifariam; in primis enim, vt nuper vidimus, Ariſtoteles frequenter *f* ait Cælum eſſe cunctis animalibus ſub cæleſtibus, ac ſpeciatim *g* homine præſtantius, atque diuinius: certe procul a vero id eſſet, niſi cæli anima foret præſtantior anima rationali; qua nulla præſtantior eſt niſi Cęli motrix Intelligentia in Peripato; vbi decernitur, *h* *Anima aliquid eſſe melius & præſtantius impoſſibile eſt; impoſſibilius autē adhuc intellectu.* Deinde Philoſophus, vbi confirmauit, omnē motum hic apud nos pendere tandem ab aliquo Primo-Mouente, quod non mouetur ab alio vllo, ſed ſolum a ſeipſo; quod nos nuper ex Ariſtotele demonſtrauimus eſſe cœlum; inquirens poſtea modum, quo tale Primum-Mouens mouetur a ſeipſo, adeoque ab anima propria, dicit, *Poſtea i autem quæ ſunt præter naturam eorum, quæ ſunt ſecundum naturam, ipſa, quæ a ſeipſis, vt animalia: non enim hoc eſt immanifeſtum an ab aliquo mouentur, ſed quomodo oportet accipere id ipſius, quod mouet & id, quod mouetur: videtur enim vt in nauibus, & in ijs, quæ non natura conſtant, ſic & in animalibus,* cœleſtibus nimi-

rum

*e* 2. cont. gēt. c. 70.
*f* 1. cęl. t. 16.
*g* 2. phyſ. t. 44. 45. 4. ethic. cap. 7. 1. de plā. c. 1.
*h* 2. de ani. t. 82.
*i* 8. phyſ. t. 28.

A rum, de quibus nunc ſermo ſeritur; *eſſe diuiſum id; quod mouet, & id, quod mouetur; & ſic totum ipſum ſeipſum mouere;* nam ſi quemadmodum in natura ex ani-ma, & corpore fit vnum per ſe viuens; ita in Arte ex cera & figura fit vnum per ſe ſimulachrum Apollinis, decreto[x] Ariſtotelis: pari ratione ſicut in natura ex anima motrice, & corpore fit vnum per ſe viuens animal, quod a ſeipſo mouetur; ita in Arte tum Nauigandi ex nauta, & corpore nauigij fit vnum per ſe, quod a ſeipſo nauigat: tum Aurigandi ex curru & auriga fit vnum per ſe, quod a ſeipſo mouetur in certamine aurigationis. Sed id, cuius ratione totum B cælum ſeipſum mouet, in eo exiſtens vt nauta in naui, & Auriga in curru, nihil aliud eſt niſi aſſiſtens Intelligentia in formam & animam cæli: ergo anima cæli eſt motrix Intelligentia. Deinceps propriam ſententiam conſentaneam eſſe monens aliorum Sapientum decretis, ac veluti per aliorum dicta ſuam theoriam confirmans, ait Ariſtoteles,[l] *Amplius autem & præter hos, qui animam cauſſam motus faciunt;* (quorum ſentētiam[m] alibi fuſius explicat, & collaudat) *ipſum enim ſeipſum mouens principium eſſe dicunt* C *eorum, quæ mouentur: mouet autem animal ſeipſum, & omne animatum eo, qui ſecundum locum eſt, motu. Et proprie quoque moueri dicimus ſolum, quod mouetur eo, qui ſecundum locum eſt, motu; ſi autem quieſcat quidē in eodem, augmentetur autem, aut diminuatur, aut alteretur; quodammodo moueri, ſimpliciter autem moueri, non dicimus. Quod igitur ſemper & motus erat, & erit omni tempore; & quodnam ſit principium perpetui motus; ad hæc autem quis motus primus; & quem motum perpetuum contingit ſolum eſſe; & quod primum mouens*

k 2. de an. t. 7.

l 8. phyſ. t. 77.

m 3. de an. t. 40. & ſeqq.



Digitized by Google

*immobile ſit, dictum eſt*. In quo quidem textu certo conſtat, Ariſtotelem fateri, principium eorum, quæ mouentur, eſſe ipſum ſeipſum mouens, quod mouetur ab anima propria: dum autem ait, mouere ſic ſeipſum animal, & animatum omne motu eo, qui ſecundum locum eſt; vt per animal intelligit cælum ſingulum; ita per omne-animatum ſignificat Vniuerſum, mundumque totum ex omnibus orbibus conſtitutū: ſecus enim plantæ ſunt animatæ, quæ loco non mouentur a ſeipſis; & Zoophyta ſcopulis adhærentia collocantur in genere animatorum, ſuntque participia ſenſus, adeoque naturæ animalis; quæ tamen a ſeipſis, ſeu ab anima propria non mouentur motu ſecundum locum: quæ omnia conſtant ex [n] Ariſtotele ſcribente, *Viuere igitur propter hoc principium ineſt omnibus viuentibus: Animal autem propter ſenſum primo: etenim quæ non mouentur, neque mutant locum, habent autem ſenſum, animalia dicimus, & non viuere ſolum*: Et eo magis, quod in fine textus illius [o] Ariſtoteles admonet ibi ſe loqui de perpetuo motu, quo mouet Primus motor immobilis: igitur anima, cuius participatione cælum collocatur inter viuentia, & mouet ſeipſum motu perpetuo, nihil eſt aliud, quā Intelligentia motrix: ſi ergo verum eſt, vt veriſſimū eſſe ſuperius deprehendimus, animam omnem Ariſtoteli eſſe [p] Naturam; iam certo certius eſt, Primum-Mouens immobile, quod eſt Intelligentia qualibet infra Deum cælos voluens, eſſe Naturam. Ceterum hanc rationem de Primo-Mouente immobili, quod ex Ariſtotele ſit anima cęli, latius ante nos explicauit Diuus Thomas, dum aduerſus Auerroem demōſtrat de ſententia Magiſtri, Intellectum vniri corpori vt

n 2. de ani. t. 16.

o 8. phyſ. t. 77.

p 2. phyſ. t. 13. 80. 4. de par. 10.



Digitized by Google

A ri vt forma & anima, dicens, [q] *Et quia Auerroes ma- q 2. contr. gēt. c. 70.
xime nititur ſuam opinionem confirmare per verba &
demonſtrationem Ariſtotelis, oſtendendum reſtat quod
neceſſe eſt dicere ſecundum opinionem Ariſtotelis, intel-
lectum ſecundum ſui ſubſtantiam alicui corpori vniri vt
forma; probat enim Ariſtoteles in lib. [r] 7. & [ſ] 8. Phyſic. r t. 3. & infra.
quod in motoribus & motis impoſſibile eſt procedere in ſ t. 33. & infra.
infinitum: vnde concludit quod neceſſe eſt deuenire ad
aliquod primum motum; quod vel mouetur ab immobili,
vel moueat ſeipſum: & de his duobus accipit ſecundum,
ſcilicet quod primum mobile moueat ſeipſum, ea ratione,
B quia quod eſt per ſe prius eſt eo, quod eſt per aliud. Dein-
de oſtendit quod mouens ſeipſum de neceſſitate diuiditur
in duas partes; quarum vna eſt mouens, & alia mota: opor
tet igitur primum ſeipſum mouens componi ex duabus
partibus, quarum vna eſt mouens: omne autem huiuſmo-
di eſt animatum: primum igitur mobile, ſcilicet cælum, eſt
animatum ſecundum opinionem Ariſtotelis: vnde & in
ſecundo [t] de cælo dicitur expreſſe quod cælum eſt anima- t t. 13.
tum; & propter hoc oportet in eo ponere differentias poſi-
tionis, non ſolum quoad nos, ſed etiam ſecundum ſe. In-
quiramus igitur ſecundum opinionem Ariſtotelis qua a-
C nima ſit cælum animatum: probat etiam in xij. [u] Meta- u 12. met. t. 35. 36.
phy. quod in motu cæli eſt conſiderare aliquid quod mouet
omnino immotum, & aliquid quod mouet motum: id au-
tem, quod mouet omnino immotum, mouet ſicut deſidera-
bile; nec dubium quia ab eo quod mouetur: oſtendit autem
quod non ſicut deſiderabile deſiderio concupiſcentiæ,
quod eſt deſiderium ſenſus; ſed ſicut deſiderabile intelle-
ctuali deſiderio: vnde dicit quod primum mouens non mo-
tum eſt deſiderabile & intellectuale: igitur id, quod ab eo
mouetur, ſcilicet cælum, eſt deſiderans & intelligens no-*

*biliori modo quam nos, vt ſubſequenter probat: eſt igitur cœlum compoſitum ſecundum opinionem Ariſtotelis ex anima intellectuali & corpore: & hoc ſignat in ſecundo de Anima,* [x] *vbi dicit quod quibuſdam ineſt intellectiuum, & intellectus, vt hominibus, & ſi aliquid huiuſmodi eſt actiuum vt honorabilius, ſcilicet cœlum: conſtat autem quod cœlum non habet animam ſenſitiuam ſecundum opinionem Ariſtotelis; haberet enim diuerſa organa, quæ non competunt ſimplicitati cœli: & ad hoc ſignandum ſubiungit Ariſtoteles quod quibus de numero corruptibilium ineſt intellectus, inſunt omnes aliæ potentiæ: vt daret intelligere, quod aliqua incorruptibilia habent intellectum, quæ non habent alias potentias animæ; ſcilicet corpora cęleſtia: Non poterit igitur dici quod intellectus continuetur corporibus cœleſtibus per phantaſmata; ſed oportebit dicere quod intellectus ſecundum ſuam ſubſtantiam vniatur corpori cęleſti vt forma: Sic igitur & corporis humani, quod eſt inter omnia corpora inferiora nobiliſſimum, & æqualitate ſuæ complexionis cęlo ab omni contrarietate abſoluto ſimillimum, ſecundum intentionem Ariſtotelis ſubſtantia intellectualis vnitur non per aliqua phantaſmata, ſed vt forma ipſius. Hoc autem, quod dictum eſt de animatione cœli, non diximus quia aſſerendo ſecundum fidei doctrinam, ad quam nihil pertinet ſiue ſic, ſiue aliter dicatur: Vnde Auguſtinus in libro de Enchyridion dicit,* [y] *Nec illud quidem certum habeo, vtrum ad eamdem ſocietatem, ſcilicet Angelorum, pertineant Sol, & Luna, & cuncta ſidera; quamuis nonnullis lucida eſſe corpora, non tamen ſenſu, vel intelligentia videantur.* Ex quibus apertiſſime conſtat, Diuum etiam Thomam profiteri, ſecundum opinionem Ariſtotelis cęlum eſſe animatum, & illius animam eſſe Intelligentiam, quæ illi

[x] t. 29.

[y] cap. 57.

A illi vniatur vt forma; perinde ac humano corpori rationalis anima copulatur ſecundum ſui ſubſtantiam vt eius forma, & natura; proptereaque motricem Intelligentiam immobilem, qua cęlum animatur, ac a ſeipſo moueri dicitur, eſſe vere proprieque Naturam: quod obſeruauit etiam hoc in loco Diui Thomæ præclarus interpres Ferrarienſis; [z] cui *D. Thomas ait, Corpus caleſte vnitur motori ſibi intrinſeco, & ad eius motum naturali virtute determinato*. Sic igitur Primum-Mouens immobile, quod eſt Intelligentia ſecunda cœlis appropriata, eſt vere proprieque Natura. Præterea omne habens naturam eſt compoſita ſubſtantia ex B materia & forma, quarum vtraque natura eſt, quæ definitur eſſe principium primum motus per ſe in quo eſt non ſecundum accidens; vt ait Ariſtoteles perſpicuis verbis inquiens, [a] *Naturam autem habent, quæcumque huiuſmodi habent principium; & ſunt hæc omnia ſubſtantia: ſubiectum enim quoddam, & in ſubiecto eſt natura ſemper*: ſed cęlum habet naturam, eamque nobiliorem omni natura, quæ reperitur in corporibus noſtratibus; vt aſſerit idem Ariſtoteles inquiẽs, [b] *Quapropter ex omnibus his aliquis ratiocinando crediderit, quod eſt aliquod præter corpora, quæ hic, & circa nos ſunt,* C *alterum ſeparatum, tanto honorabiliorem habens Naturam, quanto quidem plus diſtat ab ijs, quæ hic ſunt*. & alibi, [c] *Quod ſi hominem, ceterorum animalium optimum eſſe dixerint, id nihil refert: quandoquidem homine alia natura ſunt longe diuiniora; vt ea, quæ ſunt manifeſtiſſima, ex quibus Mundus conſtitutus eſt*. Ceterum hæc natura, quam cœlum habet nobiliorem naturis omnium noſtratium, vel eſt forma cęli, vel eiuſdem materia, vel vtrumque: ſi forma; quum hæc ſit Intelligentia mo-

[z] 2. con gẽt. com cap. 70.

[a] 2. phy t. 4.

[b] 1. cœ t. 16.

[c] 6. ethi cap. 7.

Digitized by Google

motrix, ac primum-mouens immobile, cuius participatione cęlum dicitur a ſeipſo moueri; iam hinc habemus hoc primum-Mouens eſſe Naturam: ſi materia; quum in rebus naturalibus materia neceſſariam habeat habitudinem ad formam, vt ad aliam formam alia materia ſit [d] Ariſtoteli ea ratione, quod ſemper materia nobilior præſtantiori formæ ſubdita ſit; nihilominus cęlum obtinens in ſe materiam nobiliorem humano corpore, formam etiam habebit digniorem anima rationali; qua nulla forma nobilior eſt infra Deum, quam Intelligentia cęlo voluendo appropriata. Et reuera ſecundum Ariſtotelis doctrinam, qui comparationes [e] ait fieri debere non inter æquiuoca, ſed inter ea tantum, quorum eſt [f] vna natura, ac omnino quæ in eodem ordine continentur; dum ſtatuit cęlum eſſe nobilius homine, ſeu habere naturam præſtantiorem humana; nihil aliud vult, niſi corpus humanum eſſe vilioris naturæ, quam cęli ſphæra; ſeu materiam cęli digniorem eſſe materiali principio ſubcęleſtium, & hominis: & formam cęli nobiliorem eſſe forma ſpecifica hominis; nimirum Intelligentiam motricem perfectiorem eſſe intellectiua hominis anima; proindeque totum cęlum aggregatum ex orbe ac Intelligentia præſtantius eſſe homine toto compoſito ex humano corpore ac anima rationali: quum igitur hoc ſenſu ſtatuat Ariſtoteles, cœlum habere naturam honorabiliorem cunctis noſtratibus, ac ſpeciatim homine; iam aperte conſtituit Primum-Mouens immobile, cuius participatione cęlum dicitur a ſeipſo moueri, proindeque Intelligentiam cęli motricem eſſe vere proprieque Naturam. Vlterius autem id inter mouentia phyſice, quod eſt determinatum ad vnum motum,

[d] 2. phyſ. t. 26.

[e] 7. phyſ. t. 24. 25.

[f] 7. phyſ. t. 27. 29.

A B C

A motum, eſt vere ac proprie Natura; vt habetur ex g A- g 8.phyſ. t.8.
riſtotele; Modo Primum-Mouens immobile, quod eſt 1. cœl. t. 73.
Intelligentia ſecunda omnis infra Deum Cœlos aſſi- 9. meta t.3.
due mouens, mouet h phyſice, ac determinatur ad vnũ h 2.phyſ. t.73.
motum circularem ſemper eumdem in orbe ſuo pro-
mouendum; vt etiam admonet i Ariſtoteles: igitur i 8.phyſ. t.53 & 85.
Primum-Mouens immobile, quod eſt quælibet Intel-
ligentia ſecunda cœlis appropriata; eſt vere ac proprie
Natura. Ceterum circa propoſitam rationem illud
animaduertendum eſt, Intellectum, ac omnino facul-
tatem cognoſcentem, quæ dicitur potentia motiua
B rationalis, erga motum, quem efficit, bifariam referri,
ac ſe ſe habere poſſe; nimirum vt phyſice-mouens eſt;
ac vt rationalis eſt: porro potẽtia rationalis, qua phy-
ſice mouens eſt, determinatur ad vnam ſpeciem mo-
tus, & vere Natura eſt; ſic anima rationalis, vt phyſi-
ce-mouens hominem, determinatur ad motum vnum
ſpecie, qui eſt motus miſtus, humanæ ſpeciei conſen-
taneus; cuiuſmodi eſt k ambulatio; contradiſtinctus k 2.phyſ. t. 29.30. 2 de gen. an.cap.3.
a volatu auium, natatu piſcium, inceſſu quadrupe-
dum, & motu proprio reptilium: eadem vero potentia
rationalis, qua prædita eſt habitu ſcientię, ſeu qua co-
C gnitionis particeps eſt, indeterminata poteſt eſſe ad
plura motuum genera; nam intellectu mouetur homo
& aptatis alis Dædaleis, aut Icarijs volans per aerem
ad inſtar auium, cuiuſmodi vidimus nonnullos circu-
latores; & in mari, fluuioque iactatis brachijs, & cru-
ribus veluti branchijs natans in morem piſcium; &
manibus, ac pedibus ad terram poſitis incedens more
quadrupedum: ſed hi motus homini non competunt
ſecundum naturam, vt admonet l Ariſtoteles; ſed l 8.phyſ. t.27.
præter naturam, ſiue ab arte. Vnde conſtat Naturam

omnem,

Digitized by Google

omnem, ſiue cognoſcendo moueat, ſiue non cognoſcendo, formaliter, qua mouet phyſice, ac vt Natura eſt, determinatam eſſe ad vnum tātummodo motum, conuenientem naturæ, ſeu eſſentię compoſiti naturalis illius, quod eius Naturę mouentis participatione mouetur: Quum igitur Intelligentia motrix, cuius participatione cęlum a ſeipſo mouetur, ſit Primus-motor determinatus ad vnum tantummodo motum circularem in cœlo phyſice producendum: profecto Primum-Mouens immobile, quod eſt Intelligentia quæuis infra Deum ſingula cœleſtibus orbibus voluendis appropriata, vere proprieque Natura dicenda eſt. A

Poſterius autem proprie vereque Naturam eſſe dicendum eſt illud omne, cui conuenit ad amuſſim Naturæ definitio promulgata dudum ab Ariſtotele dicente Naturam *m* generatim eſſe principium aliquod & cauſſam mouendi & quieſcendi, primum, per ſe, & non ſecundum accidens; quam definitionem ſuperius *n* explicauimus, & ita conſtruendam eſſe probauimus, Natura eſt principium primum, quod eſt cauſſa motus & quietis per ſe, in quo eſt non ſecundum accidens: Quæ ſingula congruere mirum in modum Primo-Mouenti penitus immobili, quod eſt Intelligentia quælibet cęlos circumuoluens, non difficile fuerit oſtendere, penitius introſpicienti motoris huius attributa; primo ſiquidem Intelligentiam motricem eſſe principium primum, non autem ſecundarium, ac inſtrumentale motus cęleſtis, & omnes vltro confitentur, & Ariſtoteles *o* ipſe dicit aperte, præſertim dum eam conſtituit eſſe *p* Primum-Mouens *q* immobile penitus; etenim mouens inſtrumentarium non eſt primum mouens, ſed ſecundum, ſiue *r* vltimum, vt ait B C

*m* 2. phy. t. 3.

*n* cap. 5.

*o* 8. phyſ. t. 33. 35.

*p* 8. phyſ. t. 44. & ſeqq.

*q* 8. phyſ. t. 49. & ſeqq.

*r* 8. phyſ. t. 33.

A [a]it Ariſtoteles; & non mouet niſi [s]moueatur a mo- [s] ibid. 8
uente primo. Sic igitur Intelligentia eſt principium t. 35.
primum motus. Pariter autem Intelligentiam, quæ
dicitur Primum-Mouens immobile, cauſſam eſſe mo
tus per ſe, tum ex Ariſtotele conſtat, tum ex rei natu-
ra; nam Intelligentia, quæ dicitur Primum-Mouens,
eſt cauſſa motus [t] circularis in cælo; cęlum autem eo [t] 8. phy.
motu per ſe mouetur, non autem per [u] accidens, quũ t. 53.
circulatio ſit illi ſecũdum [x] naturam: quin motus il- [u] 8. phy. t. 27.
le, quo mouet Intelligentia cęlum, eſt [y] perpetuus A- [x] 1. cæl. t.
riſtoteli, ac talis vt eo dicatur cælum moueri a [z] ſeip- 9. et ſeqq
B ſo: ſed eidem motus per accidens a ſeipſo non poteſt
eſſe [a] continuus, ac perpetuus: ergo Primum-Mo- [y] 8. phyſ t. 61. &
uens, quod eſt Intelligentia cælo appropriata, eſt ſeqq.
cauſſa motus per ſe. Sed ad maiorem propoſiti noſtri [z] 8. phyſ
comprobationem, addere quoque volumus, Primũ- t. 33. & ſeqq.
Mouens immobile, quod Intelligentia ſecunda dici- [a] 8. phyſ
tur, eſſe cauſſam etiam quietis per ſe; quum etenim t. 52.
cælum vnumquodvis ita ſecundum ſingulas ſui par-
tes aſſidue circulari motu feratur circa mundi cen-
trum, vt ſecundum ſe totum ſemper quieſcat in eodẽ
loco; cæleſtis illa forma, quæ cælum animat Intelli-
C gentia nuncupata, ſi quatenus eſt motiua, principiũ
eſt motus per ſe; tamen quatenus eſt omnino immo-
bilis, cauſſa eſt quietis; vt ſimul ſit cauſſa motus per
ſe ſingularum partium cæli, & cauſſa quietis per ſe
totius cæli, cui appropriatur; motus enim circularis
eſt motus partium totius quieſcentis: quam doctri-
nam mirifice protulit Ariſtoteles inquiens, [b] *Ex qui-* [b] 8. phyſ.
*bus credere licet, quod ſi quid eſt immobilium quidem,* t. 52.
*mouentium autem, & ipſorum, quæ mouentur ſecundum*
*accidens, impoſſibile eſt continuo motu mouere. Quare*

K *ſi*

*ſi neceſſe eſt quidem continue eſſe motum, eſſe quid opor-* A
*tet primum mouens immobile, & non ſecundum accidẽs;*
*ſi futurum eſt ( vt diximus ) in ijs, quæ ſunt, vt ſit in-*
*ceſſabilis quidam* ( loquitur hic de motu generatim ;
cuius æternitatem ab initio libri comprobare ſate-
git ) *& immortalis motus* ( nimirum cæleſtis, quem
cæl.t. decet c eſſe actionem vitæ, vitamque perpetuam ) *&*
*manere ens ipſum in ſeipſo, & in eodem: principio enim*
*manente, neceſſe & omne manere, continuum exiſtens*
*ad principium*: quieſcit autem cęlum ſecundum to-
tum per ſe. Sic ergo Primus-Motor immobilis, qui eſt
Intelligentia cælos animans, eſt principium primum, B
& cauſſa mouendi, & quieſcendi per ſe: nũc adijcimus
vltimam definitionis partem, *in quo eſt non ſecundum*
*accidens:* profecto Intelligẽtiam eſſe in cælo, quod ip-
ſa mouet, nuperrime nobis indicauit Ariſtoteles alla-
tis verbis, *Et manere ens ipſum in ſeipſo, et in eodem; prin*
*cipio enim manente, neceſſe & omne manere continuum*
*exiſtens ad principium*. Nimirum Intelligentia mo-
trix ſub duplici ratione formali conſiderari poteſt, &
vt ens, & vt mouens; vt ens quidem, quia in eſſe nõ C
dependet a cælo, dicitur eſſe ens in ſeipſo manens, &
ſæpe vocatur forma ſeparata, & ſubſtantia abſtra-
cta: vt mouens autem, quia mouet tamquam anima,
& pars eſſentialis eius mobilis, quod illius partici-
patione dicitur mouere ſeipſum, propterea conſti-
tuitur eſſe ac manere in eodem mobili, tamquam
principium internum motus partium, & quietis to-
tius. Quoniam vero pars in toto, & anima in viuen-
te ineſt non ſecundum accidens; nam & partes ingre-
diuntur definitionem totius, & anima ponitur in de-
finitione viuentis; definitionis autem partes defini-
to

A ro non accidunt, ſed illi[d] per ſe inſunt, vt ait Ariſtoteles; eapropter Intelligentia recte ſtatuitur principium motus & quietis in quo eſt primum, per ſe, non ſecundum accidens; etenim Primus-Motor immobilis, qui alio nomine dicitur Intelligentia, conſtituitur ab Ariſtotele[e] pars eſſe illius primi-mouentis, quod mouetur a ſeipſo; proindeque illius[f] anima. Sic igitur Primum-mouens immobile, quod intelligentia vocatur, ineſt non ſecundum accidens in cælo, in quo motum partium, & quietem totius efficit per ſe. Deinceps Ariſtoteles apertiſſimis verbis hoc

B ipſum determinat inquiens,[g] *Et regularis hic motus, aut ſolus, aut maxime; non enim habet mutationem vllam id, quod mouet; oportet autem id, quod mouetur ab illo, non habere mutationem, vt ſimilis ſit motus.* & illico de tali primo-mouente ſubdit,[h] *Neceſſe eſt autem aut in medio, aut in circulo eſſe; hæc enim principia ſunt: ſed celerrime mouentur, quæ proxima ſunt mouenti; huiuſmodi autem eſt ipſius totius*, vel *circuli motus: illic ergo ipſum mouens:* videlicet, quum circularis motus duo principia ſint, mundi centrum; etenim definitur eſſe latio circa[i] medium; quæcumque vero ponuntur in definitione, ſunt omnia definiti principia:

C & circulus, ſeu circulare corpus; quod eſt materiale principium motus illius: circuli nomine, ac circumferentiæ Phyſicus, qui omnia conſiderat vt[K] ſimũ, nulla vt curuum, ad Mathematici differentiam, non ſignificat puram putam lineam, aut ſuperficiem, ſed ſubſtantiam corporis orbicularis ætherei: videns igitur Ariſtoteles Antiquos pleroſque poſuiſſe Primũ-Mouens in Mundi centro, quem[l] Atlantem vocabãt; quum medium, quod Ariſtoteles Phyſicus agens, nõ

K 2 ponit

d 1. poſt. t. 30. & ſeqq.

e 8. phyſ. t. 40. & ſeqq.

f 8. phyſ t. 17. 27. 28. 29.

g 8. phyſ t. 83.

h t. 84.

i 1. cæl. t. 5.

K 2. phyſ. t. 19.

l 2. cæl. t. 4. de anim. mot. c. 2.

ponit more Mathematico punctum indiuiſibile, ſed elementum terræ ſtabile, circa quod cælum voluitur aſſidue; quum inquam tale medium valde diſtet a cælo, quod celerrime mouetur in gyrum; obſeruans Magiſter celerrime moueri, quæ mouenti proxima ſunt; recte conſtituit Primum-Motorem cælorũ non eſſe in medio, ſeu centro Mundi, ac omnino in terra procul a cęlo; ſed in ipſo circulari corpore, quod celerrime mouetur ab eo Primo-Mouente. Itaque Primus-Motor immobilis ille, qui dicitur Intelligentia cęlis appropriata, vere ac proprie eſt principium primum, & cauſſa mouẽdi & quieſcendi per ſe, in quo eſt non ſecundum accidens; adeoque vere ac proprie Natura. A B

Denique vero Philoſophus poſt definitionem Naturę generatim ſumptę, latam in [m] veſtibulo ſecundi Phyſicorum; poſtque Naturæ definitæ [n] diſtributionem in ſuas ſpecies; & poſt [o] cauſſarum modos, & proprietates [p] Naturæ, multaque alia eiuſdem attributa latius explicata, pertinentia ad finem, cuius gratia Natura agit: demum initio tertij Phyſicorum Magiſter ait, [q] *Quoniam autem Natura quidem eſt principium motus, & mutationis: methodus autem nobis de Natura eſt; non latere nos oportet quid ſit motus: neceſſarium enim eſt, ignorato ipſo, ignorari & Naturam. Quum autem determinauerimus de motu, tentandum erit eodem aggredi modo de ijs, quæ conſequenter ſunt: videtur autem motus continuorum eſſe; infinitum autem apparet primum in continuo; quapropter & definientibus continuum accidit vti ſæpenumero ratione infiniti; quum in infinitum diuiſibile continuum ſit.* [r] *Ad hac autem ſine loco, & vacuo, & tempore, impoſſibile eſt motum eſſe. Manifeſtum igitur quod & propter hac, &* C

m t. 3.
n 2. phyſ. t. 7. & ſeqq.
o 2. phyſ. t. 27. & ſeqq.
p 2. phyſ. t. 75. & ſeqq.
q 3. phyſ. t. 1.
r t. 2.

A *propterea quod cunctis ſunt communia, & vniuerſalia hæc omnibus, conſiderandum erit, quum propoſuerimus de vnoquoque iſtorum; poſterior enim eſt de proprijs ſpeculatio ea, quæ de communibus eſt.* Ex quibus verbis liquido conſtat, Ariſtotelem ſibi proponere tractandum de motu diligenter, & quod attinet ad illius definitionem, & quod pertinet ad alia omnia eiuſdem attributa, manifeſtari apta per conſequentia motũ; cuiuſmodi ſunt infinitum, locus, vacuum, & tempus: quam accuratam motus contemplationem ſibi proponere dicit in gratiam Naturæ; quia ignorato mo-
B tu, neceſſe eſt ignorari Naturam: Quum itaque tractatio de motu, & motum conſequentibus hæc exquiſita habeatur ab Ariſtotele a fine ſecundi libri vſque ad medium octauum; profecto ſi præmittitur in gratiam Naturę ad huc ignotæ, quam per accuratiſſimam motus cognitionem agnoſcere debemus; talis certe non eſt Natura generatim ſumpta; quoniam illam nobis dudum notam reddiderat Ariſtoteles per eius definitionem propoſitam ſ initio ſecundi libri; & per multas eiuſdem Naturæ proprietates in toto ſecundo libro declaratas: illud enim ante motus definitionem ignorari non poteſt, cuius tum exi-
C ſtentiam [t] notiſſimam vidimus; tum habuimus [u] definitionem, quod ſit principium primum, & cauſſa mouendi & quieſcendi per ſe in quo eſt non ſecundũ accidens: tum [x] diſtributionem in materiam, & formam; tum functionem agendi propter [y] finem; tum cauſſam eorum, quæ [z] caſu fiunt; tum cauſſam [a] neceſſitatis in rebus naturalibus. Quare neceſſarium eſt confiteri, Naturam illam, ad quam adhuc ignotam dignoſcendam Ariſtoteles theoriam diligentiſſi-

mam

ſ t. 3.
t 2. phy t. 6.
u 2. phy t. 3.
x 2. phy t. 7. & ſeqq.
y 2. phy t. 49. & ſeqq.
z 2. phy. t. 60 & ſeqq.
a 2. phy t. 75. & ſeqq.

Digitized by Google

mam de Motu,& motum conſequentibus prȩmittit in tertio, quarto, quinto, ſexto, ſeptimo, & magna parte octaui libri Phyſicorum, non eſſe Naturam generatim acceptam, ſed Naturam aliquam peculiarem ac propriam: quod Ariſtoteles ipſemet aperte ſignificat in allato loco poſtremis verbis, inquiens poſteriorem [b] eſſe ſpeculationem de proprijs ea, quæ de communibus eſt; nimirum ad cognitionem Naturæ generatim ſufficit rudis & confuſa cognitio motus illa, quam omnes habemus a ſenſu: at vero ſi propriam Naturam quamlibet introſpicere velimus, poſt communioris notitiam, diligentiori cultiorique motus cognitione nobis opus eſſe. Ceterum nulla ſubcæleſtis Natura eſt, cui dignoſcendæ nos indigeamus adeo diligenti motus, & motum conſequentium diſquiſitione, qualem ſerit Ariſtoteles ab initio tertij libri Phyſicorum vſque ad medium octauum; vt cuique conſtat; propterea nulla eſt alia propria peculiariſque Natura, cui dignoſcendæ tantum apparatum exactiſſimæ notitiæ motus Ariſtoteles præmittere valeat, niſi Primus-Motor; etenim ſolus Primus-Motor eſt cauſſa motuum omnium; Mouens ille namque cȩleſtia corpora, ijs mediantibus promouet mutationes [c] omnes etiam in ſubcæleſti mundo; quemadmodum aperte nos edocet Ariſtoteles. Immo vero quum ſpeciatim vltimam quæſtionem de motus æternitate proponat Ariſtoteles in gratiā primi [d] principij motus: iam certo conſtare debet, Primum-Mouens in octauo Phyſicorum conſideratum, adeoque ſecundarum Intelligentiarum genus orbes cæleſtes circumuoluens, eſſe vere proprieque Naturam. Quam ſententiam vel ipſemet Diuus

Thomas

*b* 3. phyſ. t. 2.

*c* 1. mete. ſu. 1. c. 2

*d* 8. phy. t. 3.

A Thomas collaudat, inquiens Virtutem actiuam cæli, quam ſuperius antea dixerat eſſe motorem immobilem, ſtatui debere proprie Naturam, vniuerſalem quidem in cauſſando, quia eſt in cælo, quod eſt cauſſa vniuerſalis omnium effectuum ſubcæleſtium; at particularem in eſſendo, quia ſingula Intelligentia eſt Indiuiduum ſubſtantiæ: verba Thomiſtica ſunt ipſiſſima, [e] *Sed hoc ſoluitur per hoc, quod Philoſophus dicit in octauo Phyſicorum, quod principium mouens cælum non mouetur ſecundum accidens, ſicut principium mouens animalia inferiora: huius autem virtutes, ſecundum quas attribuuntur prædicta poſitiones animalibus,* B *dependent ex principio motiuo; & ideo in animalibus, quæ ſunt hic, virtus dextra mouetur per accidens, moto corpore animalis; ſed in cælo virtus illa intelligitur quaſi immobiliter ſtans, etiam partibus cæleſtis corporis motis: & ideo dextrum cæli ſemper eſt in oriente, quamcumque partem ſingularem cæli contingat ibi eſſe: & eadem ratio eſt de alÿs virtutibus.* & mox. [f] *Omnis autem impotentia & defectus eſt præter naturam, ſicut patet in animalibus, in quibus ſenectus, & decrementum, & alia huiuſmodi ſunt præter naturam: quod eſt intelligendum quantum ad Naturam particularem, quæ eſt conſer*- C *uatiua vniuſcuiuſque indiuidui, quantum poteſt; vnde præter naturam eius eſt quod deficiat in conſeruando: nō autem eſt præter Naturam Vniuerſalem, ex qua cauſſatur non ſolum generatio, ſed etiam corruptio; & per cōſequens alÿ defectus ad corruptionē tendentes in his inferioribus. Dicitur autem Natura vniuerſalis virtus actiua in cauſſa vniuerſali, puta in corpore cæleſti:* in quo virtutem hanc actiuam dixerat eſſe penitus immobilem; adeoque Primum-Mouens, quod eſt Intelli-

e 2. cœl. cō. t. 36.

f com. t. 37.

telligentia cælo appropriata in formam: Sic igitur & Diuo Thomæ Primum-Mouens immobile, quod ineſt cælo, eſt vere Natura de mente Magiſtri. Qui perſpicuis etiam verbis alibi ſtatuit inueniri Naturã immobilem, dum ait, g *Item manifeſtum eſt, quod & ad iſtos eadem dicemus, quæ olim dicta ſunt: quod enim eſt immobilis quædam Natura oſtendendum & perſuadendum eſt eis:* Talis autem immobilis Natura, quam ſibi tunc explicandam aſſumit Ariſtoteles, eſt Primus motor, qui cunctas Intelligentias immobiles complectitur, non ſecundas tantum, ſed etiam omnium primam. Satis ergo conſtat ex Ariſtotele Primum-Mouens immobile, quod eſt immediata cauſſa perpetui motus orbicularis, in cælo; proindeque ſecundarum Intelligentiarum cęleſtibus orbibus appropriatarum genus, eſſe vere ac proprie Naturam.

g 4.meta. t.23.

A

B

*Deum, etſi ſpectatus in ſeipſo, & in habitudine ad res creatas formaliter, ac in relatione ad ens pariter formaliter acceptum, ſit eſſentia ſupernaturalis, ad Metaphyſicum, & ad Theologum ſpectans; attamen in ordine ad Mundum ſenſibilem, prout eſt corpus naturale, ſiue in reſpectu ad res omnes naturales, quæ phyſicę ſunt, eſſe vere ac proprie Naturam, quod obtineat omnia Naturæ attributa eſſentialia; quorum primum eſt, vt ſit cauſſa efficiens rerũ naturalium. Cap. VIII.*

C

SED omnium Mouentium immobilium abſolute primum, quem primam rerum omnium cauſſam veneratus etiam dicitur Ariſtoteles, obſeruatu a Cœlij dicentis, *Proditum & illud monumentis eſt, quum Philoſophus Ariſtoteles extrema ſibi ingruere præſenſiſſet,*

a 17.ant lect. c.34.

A *ſet dolore ac ſpe in lacrymas amplius profuſum Primæ cauſſæ miſericordiam intentius imploraſſe* : Summum Deum inquã ſub triplici, vel potius quadruplici ratione quum conſiderare valeamus, in ſeipſo nimirũ; in ordine ad creatas res omnes; ac ſpeciatim rationales, & intellectuales; in habitudine ad ens generatim formaliter acceptum; ac demum in relatione ad res naturales vniuerſim, qua naturales ſunt; ſiue ad Mundum, quatenus eſt corpus naturale. Certe Deus Optimus & in ſeipſo, & in ordine ad res creatas omnes, ſpeciatimque rationales, ac intellectuales, ſub ratione Deitatis, Numiniſque creatoris, re-
B demptoris, iuſtificatoris, & glorificatoris, attinet ad Theologiã; & ſub hac formalitate nõ eſt Primus-Motor, neque Natura; ſed quid ſupernaturale, ac ſupermotiuũ; etenim ſine motu creat, iuſtificat, & glorificat. Similiter Deus in relatione ad ens abſolute, prout eſt primũ ens independens, a quo cuncta depẽdent in ratione entis, ſub qua formalitate ſpectatur a Metaphyſico, nõ eſt vere Natura, nec proprie Primus Motor; quia multa entium a Deo dependent ſine motu; quemadmodum ſecundum Ariſtotelem Mundus
C totus, cæleſtia corpora, & incorporeę mentes omnes, ipſaque prima vocata materia. Ceterum ſi conſideretur Deus in habitudine ad Vniuerſum mundũ, quatenus eſt corpus naturale, ſiue in relatione ad res omnes phyſicas, vt phyſicæ ſunt, attinet ad Naturalẽ Philoſophiam, in qua Deus inſpicitur vt Primũ-Mouens, quod eſt tum efficiens cauſſa prima concurrẽs cum omnibus cauſſis ſecundis ad quoſcumque motus naturales promouendos, & ad quoſcumque phyſicos effectus producendos: tum finalis cauſſa poſtre-



Digitized by Google

ma, cuius gratia ſemper agunt omnia naturalia quic quid agunt ſecundum naturam, ſatagentia illi quomodocumque aſſimilari, eaque perfrui, ac vtcumque participare: tum Prima Forma, vnde pendet rebus omnibus eſſe ac viuere, ſub qua formalitate Deus eſt vere, ac proprie Natura: quod multiplici ratione pariter in Peripato confirmare poſſumus; in primis enim Cauſſa efficiens, ac generans quomodocumque corpora naturalia, eſt vere ac proprie Natura; Nam Ariſtoteles[b] decernit, Naturalia non niſi a Natura fieri, ſpeciatim dum probat formam hominis eſſe Naturam, quia eius participatione homo[c] generat hominem, qui eſt corpus naturale: Sed in Vniuerſo Primus Motor Deus eſt primum efficiens, a quo fiunt omnia naturalia corpora generabilia, quia concurrit cum omnibus efficientibus ſecundis ad quoſcumque naturales effectus producendos: ergo Primus Motor Deus eſt vere ac proprie Natura. Deinde Generatio continua rerum naturalium, ſiue generatim ſumatur, ſiue ſpeciatim, eſt effectus, & operatio Naturę; vt ait Ariſtoteles, dum[d] ponit diſcrimen inter generationem, & medicationem, aſſerens Medicationem denominari ab effectrice cauſſa, vnde ſemper prouenit; quæ cauſſa eſt Medicinę habitus in mente Medici; non autem a fine, in quem dirigitur; qui ſanitas eſt; etenim Medicus non ſemper ſanat; quare Medici functio non poteſt a fine nuncupari ſanatio: ſed generatio licet ſit operatio ſemper proueniens ab ea cauſſa effectrice, quę Natura proprie dicitur; attamen quia ſemper etiam terminatur ad eum finem, qui forma eſt, ac proprie Natura; quum iuſtum ſit a fine res appellare, vbi nil repugnat, vt ait alibi

[b] 2. phyſ. t. 1.
[c] 2. phyſ. t. 12.
[d] 2. phyſ. t. 14.

A alibi [e] Magiſter: ideo generatio dicitur Natura, quia e 2.de an t. 49.
eſt via ad Naturam potius, quam quia ſit effectus
Naturæ res phyſicas generantis; reuera tamen eſt ef-
fectus ſolius Naturæ: Quum itaque Deus vt Primus-
Motor Ariſtoteli ſit cauſſa efficiens continuam rerum f 2.de gē t. 59.
generationem in mundo; ſcribit enim alicubi, [f] *Re-
liquo modo compleuit totum Deus, continuam faciens ge-
nerationem*: ergo Deus vt Primum-Mouens eſt vere
proprieque Natura. Præterea Motor ille primus,
quem ſibi propoſuit indagandum Ariſtoteles per e-
xactiorem cognitionem Motus, infiniti, loci, vacui,
ac temporis, eſt vere ac proprie Natura; ſcribit enim
B initio [g] tertij Phyſicorũ ſibi tractandũ eſſe diligenter g t. 1.
de quidditate motus, & de cunctis motum conſequē-
tibus, quia ignorato motu, neceſſarium eſt ignorari
Naturam: At vero Natura, cuius notitiam ſibi com-
parat Ariſtoteles per cognitionem motus intimiorē
ac diligentiorem, quam terminat circa mediũ octaui h 8.phy t. 3.
libri, nulla eſt alia niſi [h] primum principium, adeo-
que Primus-Motor; quem geminum explicat in eodē
octauo, nimirum cauſſam æternitatis in motu gene-
ratim ſumpto; quæ cauſſa communiſſima motuum i 8.phy t.47.48.
omnium eſt [i] Deus Optimus: & cauſſam æternitatis
C in motu circulari ſpeciatim; quæ cauſſa motus cæle-
ſtis immediata eſt omnis Intelligentia infra Deum
cæleſti corpori voluendo appropriata: ergo pariter
ac omnis Intelligentia ſecunda, prima omnium De-
us ex Ariſtotelis decretis eſt vere proprieque Natu-
ra. Poſterius autem, ita ſe habet Intellectus Diui-
nus in [k] Magno Mundo, ſicut humanus in [l] paruo; K 1.me ſu.2.c.
quem hominem appellamus; vt [m] ſupra latius expli- l 8.phy t. 17.
cauimus: Aſt Ariſtoteli humanus intellectus in ho- m cap.

mine [n] Natura eſt hominis, a qua prouenit intelligere ac ſapere, queuiſque alia phyſica functio propria ſpeciei humanæ: igitur Primus-Motor Deus in Vniuerſo eſt Natura Mundi ſuprema, quam barbari Naturantem appellant; a qua prodeunt velut a cauſſa prima naturales omnes operationes, quæ in Mundo phyſice obeuntur. Inſuper Ariſtoteles ait, Naturā prouidiſſe ne motibus aſtrorum fieret ſonus; quia tali maximo ſono, vehementiſſime aerem agitante, deſtruerentur omnia ſubcæleſtia; inquit enim, [o] *Quare quoniam non videtur hoc accidere, neque animata, neque violenta fertur latione; velutiid, quod futurum erat prouidente Natura, quod non hoc modo ſeſe habente motu, nihil vtique eſſet eorum, quæ ſunt circa hic exiſtentem locum, ſimiliter ſe habent.* At vero Natura hæc prouidentiam habens conſeruationis rerum ſubcęleſtium Ariſtoteli eſt Deus; vt explicant Alexander, Simplicius, & Diuus ipſe Thomas; Alexander quidem, cuius explicationem ad hunc locum non habemus, id alibi dixiſſe videtur inquiens, [p] *Quum autem hæc hoc modo ſe habeant, ſi quis velit dicere prouideri omne id, quod propter aliquid, & ab aliquo, cuiuſmodi mutationem habet, & motum; fuerit vtique omnis corporea ſubſtantia & æterna, & generabilis, & corruptibilis a prima ſubſtantia æterna immobili & incorporea proſpecta; Si quis autem hæc ſola prouideri diceret, quorum gratia quod ipſis dicitur prouidere, actu quibuſdam actionibus mouetur; ſolum ſublunare corpus ſecundum Ariſtotelem prouiſum eſſet, hoc autem eſt materiale, & corruptibile: quoniam gratia ordinata huius mutationis, & permanentię ſecundum ſpeciem æternæ ponuntur moueri corporis circulo verſatilis poſt primam, quæ & fir-*

[n] 4. de par. cap. 10.

[o] 2. cæl. t. 56.

[p] 1. nat. qu. c. 25.

A *mamentum vocatur, ſeptem Sphæræ motu ſecundo*, &c. Simplicius autem,[q] *Secundo autem notat & hoc bene, quod ex his, quæ hic dicũtur, manifeſtus eſt Ariſtoteles, plane exiſtimans, prouidentiam eorum, quæ hic ſunt: Naturam enim, ait, prouidentem eorum, quæ hic ſunt, facere Sphæras motas, ſed non aſtra: nam cauſſa faciens hæc, & prouidet: patet autem quod Naturam nunc Deũ vocat Ariſtoteles*. Diuus vero Thomas aſſerens,[r] *Datur autem per hoc intelligi, ſicut Alexander notat, quod Deus habet prouidentiam de his, quæ ſunt hic inferius: non enim poteſt Naturæ attribui prouidentia ſecundum quod eſt quædam virtus in corporibus; ſed ſolum per com-*
B *parationem ad Intellectum inſtruentem Naturam*: nẽpe aliam ſe inferiorem: Igitur Ariſtoteli Primus-Motor Deus eſt Natura vere ac proprie; nam, vt aliter hoc argumentum introducamus, aut potius vt aliam propoſiti rationem afferamus, Actiuum principium, quod habet prouidentiam rerum naturalium omnium, ac ſpeciatim ſubcæleſtium, eſt vere ac proprie Natura ex Ariſtotele; cui tum[s] Natura prouidente ne ſubcæleſtia ſono quopiam ingenti cæleſtium luminum corrumperentur, effecit ne ſidera per ſe mouerentur in quieſcente cælo: tum Natura dicitur pro-
C uidentiam habere ceu Pater-familias, in hæc verba; *Perinde[t] enim Natura atque paterfamilias prudens nihil admittere ſolet, ex quo facere aliquid commodi poſſit: diſpenſatur autem in cura rei familiaris, ita vt cibus optimus detur liberis, deterior ſeruis, viliſſimus ſocijs animalibus*. Modo Deus Ariſtoteli principium eſt, quod habet omnium rerum naturalium prouidentiam; etenim Deum humanarum rerum[u] curam habere non ſolum ait; ſed etiam bene[x] gubernare omnia

Mun-

q 2. cæl. com. 37.
r 2. cæl. com. t. 56 in f.
s 2. cæl. t. 56.
t 2. de gẽ. an. cap. 4
u 10. eth. c. 8.
x 12. met. t. vlt.

Digitized by Google

Mundi entia monet Ariſtoteles: ergo Primus-Motor Deus eſt vere Natura. Præterea vero Magiſter A
alicubi ponens diſcrimen inter mouentia phyſice, ſic
y 2. phyſ. t. 73. infit, y *Duplicia autem ſunt principia mouentia phyſice; quorum alterum non phyſicum eſt; non enim habet motus principium in ſeipſo: tale autem eſt, ſi aliquid mouet, quod non mouetur; vt id quod penitus eſt immobile, & quod omnium primum eſt.* Vnde habemus mouentia phyſice duum eſſe generum; aliud eſſe mouens phyſice, quod etiam eſt phyſicum, quoniam habet in ſeipſo principium motus; & huiuſmodi eſt omne mouens corporeum, quod in mouendo neceſſario B
mouetur, ſiue id ſit primum mouens, vt cælum, ſiue mouens non primum, vt ſubcæleſte mouens omne: aliud eſſe mouens phyſice, quod tamen non eſt phyſicum, quia non habet in ſe principium motus; cuiuſmodi eſt omne mouens, quod non mouetur; idque duplex eſſe monet, nempe id quod eſt penitus immobile, per ſe ſcilicet ac per accidens; cuiuſmodi eſt omnis Intelligentia ſecunda infra Deum cæleſtibus orbibus appropriata; & inſuper id inter penitus immobilia, quod omnium primum eſt, nimirum Numen ipſum ſupremum: verum talis motus, quo mouet C
vtrumque hoc mouens immobile, vnde habet hoc vt phyſicus ſit? an ex eo, quod eſt plane conſentaneus naturę mobilis, adeo vt primum mouens immobile penitus ideo phyſice moueat, quia mouet ſecundum naturam mobilis, ſeu congruenter naturę mobilis? an ex eo, quod eſt effectus eius mouentis, quod proprie Natura eſt? non quidem primum; tum quia finis impellens agens ad operandum, mouet ipſum motu congruenti naturæ ſuæ, quæ propenſa eſt ad operandum;

A dum; & tamen finis non mouet agentia phyſico motu, ſed metaphorico; vt edocet Ariſtoteles[z] inquiens, *Eſt autem effectiua cauſſa, vt vnde principium motus; cuius autem gratia, non effectiua, niſi ſecundum tranſlationem: etenim facientis, quum inerit, generatur aliquid ipſum patiens; habitibus autem præſentibus, nō amplius generatur, ſed eſt iam:* ſcilicet efficienter mouens ac phyſice debet eſſe actu, nam omne agens phyſice agit quatenus eſt actu [a] præſens: at finis mouet vt abſens; quare phyſice non mouet, licet moueat ſecundum congruentiam naturæ agentis quod excitat ad agendum; ſed mouet ſolum metaphorice: tum
B quia Mouens-phyſice phyſicum, cuiuſmodi cælum eſt, mouet ſemper phyſice [b] cuncta ſubcæleſtia, ſed tamen non ſemper mouet ea ſecundum naturam mobilis; nam frequenter deorſum pellit multas elementi ignis portiones deorſum; qui motus igni non eſt ſecundum naturam, ſed violentus; vt ait [c] Ariſtoteles, cui *& propter hanc cauſſam pertingit ad hunc locum* inferiorem *caliditas, quia ambiens ignis aerem ſpargitur motu cæleſti* rapidiſſimo *frequenter, & fertur violētia deorſum.* Non igitur mouens ideo mouet phyſice, quia moueat ſecundum naturā mobilis; ſed quia
C mouens ſit Natura, vel habens in ſe Naturam: Vt ergo Mouens phyſicum ideo mouet phyſice, quoniā in ſe Naturam habet, quæ principium & cauſſa motus eſt: ita mouens non phyſicum ſi phyſice moueat, id efficit, quia eſt ipſamet natura, & principium motus. Itaque Primus-Motor, qui Deus eſt, propterea mouet phyſice, quia tali motu mouet, qui a ſolo motore habet vt phyſicus ſit; licet aliquando ſit contra naturam mobilis, & illi penitus violentus; nam Deus

vt

[z] 1. de gen. t. 55

[a] 3. phy. t. 17.

[b] 1. meteo. ſu. 1. cap. 2.

[c] 1. meteo. ſu. 1. cap. 4.

Digitized by Google

vt prima & communiſſima cauſſa naturalium omniū effectuum, ſine cuius concurſu nulla cauſſa ſecunda & particularis vnquam poteſt aliquid efficere, concurrens cum cæleſti corpore ad pellendas multas portiones ignei elementi deorſum in aerem, mouet vt cauſſa communis tunc phyſice deorſum ignem; quū tamen tunc Deus non moueat ignem deorſum ſecundum naturam & propenſionem ignis, ſed violente: ſic ergo Primum-Mouẽs mouet phyſice ratione ſui, quia Natura eſt, non ratione mobilis, quod a Primo-Mouente cieatur motu cõgruente naturæ mobilis. Ac re vera vt motus ab Arte non eſt phyſicus, nec Ars vnquam dicetur mouere phyſice, licet grauia deorſum pellat Aedificator fundamenta iaciens, & leuia ſurſum impellat ignita fulgurum imitamenta ſurſum proijciens igniarius luſor; quoniam Ars agit ſemper artificioſe, ac infra Naturã, nũquam phyſice, licet sẽper conetur imitari Naturã: ſic motus ille, qui a Natura fit, quatenus a Natura fit, ſemper phyſicus eſt; ac viceuerſa motus omnis, qui phyſicus eſt, sẽper a Natura fit, nec ab alio agẽte prouenit, quod non ſit Natura, vel habens in ſe Naturam: Quum enim motus ſit actus pariter & motiui, & mobilis; quia eſt a motiuo in mobili, vt ait Ariſtoteles, cui,[d] *Et quod dubitatur etiam manifeſtum eſt, quod motus eſt in ipſo mobili: actus enim eſt huius: & ab ipſo motiuo: motiui autem actus non alius eſt: opertet enim eſſe actum vtriuſque: motiuum enim eſt eo, quod poteſt; mouens autem eo, quod agit; ſed eſt actiuum ipſius mobilis; quare ſimiliter vnus eſt amborum actus:* propterea motus conſideratus prout a Mouente eſt, ſiue prout eſt actio mouentis,

d 3. phyſ. t. 18.

A tis, abſtrahendo ab eius eſſe in mobili, ſiue ab eo quod eſt eſſe paſſionem mobilis: vel etiam motus conſideratus in illa prioritate rationis, qua profluit a mouente, phyſicus dici non poteſt, niſi Mouens eum efficiens ſit Natura, vel habeat in ſe Naturam; quia ſola Natura, vel habens in ſe Naturam, phyſice mouet: Modo Magiſtri decretis [e] duo tantum ſũt mouentia phyſice, quorum vnum eſt phyſicum, quia Naturam in ſeipſo habet, quæ eſt principiũ motus; vt eſt omne mouens corporeum: aliud eſt non phyſicum, quia non habet in ſe principium motus, adeoque naturam; & huiuſmodi eſt omne mouens immobile penitus, & ſpeciatim omnium penitus immobilium primum; quod nihil aliud eſt niſi Deus: ergo Primus-Motor Deus, Naturam in ſe non habens, eſt ipſe Natura vere, quæ principium eſt motus phyſici. Quæ ratio ſic breuiter necti poterit, Omne mouens phyſice neceſſario eſt vel phyſicum, ſeu habens in ſe tale principium motus, quod Natura nuncupatur, tamquam ſui formam eſſentialem; cuiuſmodi eſt omne mouens corporeum naturale: vel non-phyſicum, quia tale principium, quod Natura dicitur, in ſe non habeat, ſed ſit ipſamet Natura. taleque principium phyſici motus; etenim motus phyſicus, hoc ſt naturalis, nonniſi a Natura, vel a Naturam in ſe habente fieri poteſt: Modo mouens immobile omnium primum, adeoque Deus, mouet phyſice. ſed non eſt phyſicum, quia non habet in ſe principium motus, ſeu Naturam, tamquam ſui partem eſſentialem: Ergo Deus vt primum mouens phyſice, eſt vere proprieque Natura. Quod etiam dicendum eſt de qualibet Intelligentia ſecunda infra

(margin: B, C)

[e] 2. phy t. 75.



Digitized by Google

Deum cælos mouente, quum ipſa ſit immobilis, & A
f 2. phyſ. t. 73. phyſice moueat, vt ait Ariſtot. loco f citato; quod & Auerroes adnotauit non ſemel aſſerens Motũ cæleſtem eſſe naturalem tã ex parte mobilis orbitæ, quã g 8. phyſ. com. 27. ex parte mouentis Intelligentiæ; ait enim g primũ, *Et quam declarauit quod animal mouetur naturaliter, & dixit, & ideo animal ſecundum totum naturaliter mouet ſe, id eſt, & quum dicimus, quod animal mouetur naturaliter, intendimus quod anima mouet corpus per ſuã naturã, & corpus mouetur per ſuã naturam ab ea:* & mox *Quia anima animalis eſt forma ſui corporis naturaliter, neceſſe eſt vt motus eius a ſua anima ſit naturaliter: ſed ſi fuerit inuentum aliquod motum per* B *principium in eo, ita quod in ſuo corpore non ſit principium contrariũ motui animæ, tunc illud motũ erit naturaliter ſimpliciter, ſcilicet per animam, & per corpus, vt declaratum erit de corpore cæleſti:* Deinde, h *Quia* h 2. cæl. com. 3. *cælum non habet motum naturalem alium a motu voluntario*. Sic igitur Natura eſt omnis Intelligentia motrix immobilis, tam ſecunda, quam etiam Prima. Deinceps cauſſa effectrix omnium rerum naturaliũ i 2. phyſ. t. 7. 11. 12. eſt natura decretis i Ariſtotelis: At eidem Primus-Motor Deus eſt K Natura parens, & autor omnium; C K 1. de part. c. 5. cuius ingenio miraque ſolertia res naturales conſtituuntur; quum in omnibus inſit Naturæ numen, & honeſtum pulchrumque ingenium; quod Deus vbique ſit: verba Philoſophi talia ſunt, *Natura parens, & autor omnium miras excitat voluptates hominibus, qui intelligunt cauſſas, atque ingenue philoſophantur.* quam Naturam alibi monet eſſe Deum, inquiens, l 10. eth. cap. 8. *At l qui ex intellectu operatur, huncque excolit, atque optime afficit, is eſſe Deo cariſſimus videtur: nam ſi aliquam*

A *quam humanarum rerum curam Dij habent, ſicut videtur; conſentaneum eſt ipſos re illa, quæ optima eſt, atque ipſis maxime cognata delectari, qui eſt intellectus; eoſque, qui eam maxime amant, & honorant, remunerari; vt pote qui eorum, quæ ipſis ſunt amica, curam habeant, recteque & honeſte agant: Hæc autem omnia ſapienti maxime ineſſe, obſcurum non eſt: is igitur eſt Deo cariſſimus: eumdemque eſſe etiam feliciſſimum veriſimile eſt. Quare ita quoque efficitur, vt ſapiens maxime felix ſit*; vt pote a Deo, qui eſt Natura parens, & autor omnium, miris voluptatibus inter philoſophandum ingenue cumulatus. Addit ibidem Ariſtoteles, [m] *Abſurdum enim, nullaque ratione probandum eſt, ſi imagines quidem rerum naturalium non ſine delectatione propterea inſpectamus, quod ingenium vna contemplamur, quod illas condiderit, id eſt artem pingendi, aut fingendi: rerum autem ipſarum Naturæ ingenio, miraque ſolertia conſtitutarum contemplationem non magis perſequamur, atque exoſculemur, modo cauſſas perſpicere valeamus*. Quam Naturam ingenio pollentem, miraque ſolertia res omnes naturales conſtituentem, quam mente colere, ac affectu pietatis exoſculari tenemur, immediate monet Ariſtoteles eſſe Deum Optimum, qui tamquam Vniuerſi [n] forma cunctis in mundi rebus ineſt, dum addit, [o] *Quamobrem viliorum animalium diſputationem, perpenſionemque faſtidio puerili quodam ſpreuiſſe, moleſteque tuliſſe dignum nequaquam eſt; quum nulla res ſit Naturę, in qua non mirandum aliquid inditum habeatur. Et quod Heraclitum dixiſſe ferunt ad eos, qui quum alloqui eum vellent, quod forte in caſa furnaria quadam caloris gratia ſedentem vidiſſent, accedere*

B, C (margin letters)

m 1. d[e] part. c. [...]

n 12. me[t.] t. 49.

o 1. de par. c. 5.

*temperarunt; ingredi eos fidenter iuſſit, quoniam, inquit, ne huic quidem loco Dij deſunt immortales: Hoc idem in indaganda quoque natura animantium faciendum eſt: Aggredi enim quæque ſine vllo pudore debemus; quum in omnibus Naturæ numen, & honeſtum, pulchrumque inſit ingenium.* Sic igitur Primum-Mouens immobile, quod eſt cauſſa efficiens, omnia naturalia producens, Ariſtoteli Deus eſt Optimus, & proprie Natura dicitur. Amplius autem cauſſa producens, & generans proprie compoſitum aliquod naturale, ac ſpeciatim animal, eſt vere Natura, decernente Magiſtro, [p] animalia & partes ipſorum eſſe a Natura, collaudanteque ſyllogiſmum [q] Antiphontis, oſtendentis lignum eſſe naturam, quia defoſſum germinet; ac eodem argumento [r] confirmāte formam eſſe naturam, quia participatione animę humanę homo generat hominem: ſed quum Ariſtoteli nihilominus homo generetur a Deo, quam ab homine parente; nam tum [ſ] Deus in anima lumen intellectus accendit; qui quidem intellectus eſt forma ſpecifica, per quam [t] homo in eſſe conſtituitur, quum ſit finis terminans generationem hominis, Ariſtotele [u] doctore: tum homo hominem generat, & Sol, nimirum [x] Deus; quod alibi ſatis explicare videtur aſſerens, *homo hominem generat; & præter hæc id quod eſt omnium* [y] *primum, tamquam omnia mouens;* quam ſententiam & [z] alibi cultam, liceat nunc ad propoſitum noſtrum comprobandum huc afferre; Porro Magiſter alicubi præfiniens Naturali Philoſopho terminum conſiderationis formarum, ait, [a] *Amplius eorum, quæ ad aliquid materia eſt: ad aliam enim formam alia materia: Quouſque ergo*

A B C

p 2 phyſ. t. 1.
q 2. phy. t. 7.
r 2. phyſ. t. 11. et ſeqq.
ſ 3. rheto. c. 10.
t 2. de gē. an. cap. 3
u ibid.
x 2. phyſ. t. 26.
y 12. met. t. 24.
z 1. de ort. an. an. hum. cap. 49.
a 2. phyſ. t. 26.



Digitized by Google

A *go Phyſicum oportet cognoſcere formam, & ipſum quid eſt? An quemadmodum Medicum neruum, aut Fabrum æs, vſque ad aliquid: alicuius enim gratia vnumquodque: & circa ea, quæ ſunt, ſeparabilia quidem forma, in materia autem: homo enim hominem generat, & Sol: quomodo autem ſe habeat hoc ſeparabilis, & quid ſit, Philoſophiæ primæ eſt officium determinare.* Quę ſic interpretamur, Quum ſuperius oſtenderit Ariſtoteles, Phyſicum ſpectare debere vtramque Naturam hactenus inuentam, materiam ſcilicet, ac formam: quærit nunc an Phyſicus teneatur conſiderare formam omnibus modis, an vſque ad certum terminū;

B primo proponens cauſſam quæſtionis, dum ait, quū materia referatur tranſcendentali quadam relatione ad formam, phyſica tamen; quippe materia variatur ſemper ad formæ diuerſitatem; forma namque rudis primæ materiæ iungitur; at materia perfectius exculta præparata eſt ad nobiliorem formā: quum itaque materia referatur ad formam; rationi conſonum eſt determinare quouſque debeat Phyſicus contemplari formam, num abſolute, an potius vſque ad certum terminum. Quęſitum illico determinat Ariſtoteles ex ijs, quę de propoſito paſſim ob-

C ſeruantur in Artibus, aſſerens, vt Medicus neruum cognoſcit, & Faber æs, non abſolute, ſed ſub certa quadam ratione, quia Neruus conſideratur a Medico prout eſt pars humani corporis capax ſanitatis; & æs a Fabro noſcitur prout eſt capax formæ artificioſæ: ſic Phyſicus conſiderat formam non abſolute, ſed quatenus eſt in materia, ſeu materiei vtcumque phyſice copulata; munus enim hoc, non abſtrahere a materia, proprium eſt adeo Phyſiologi, vt circa for-

formas eas, quæ ſeparabiles ſunt a materia, in qua phyſice reperiuntur, verſetur ſolum prout ſunt in materia; nam quomodo tales formę ſint ſeparabiles a materia, & quid ſint ſecundum ſe a materia ſeiunctæ, Phyſici negocium traſcendens, meditatio eſt ad Metaphyſicum pertinens: Quod autem inter formas naturales inueniantur aliquę ſeparabiles a materia, probat Ariſtoteles inquiens, *Homo enim hominem generat, & Sol:* Nempe quum homo ſortitus ſit in ſui generatione duo peculiaria efficientia; corporeum, & materiale vnum, quod eſt homo generans, ſeu parens; immateriale atque incorporeum alterum, quod eſt Deus Optimus, quem Solis nomine ſignificat: Quumque munus efficientium ſit generare quid ſibi ſimile, quoad fieri poteſt; neceſſario dicendum eſt, hominem in ſui generatione ſortitum eſſe animam mediæ naturæ, partim materialem & corpoream, ſeu corruptibilem; partim immaterialẽ, incorpoream, & immortalem; quoniam homo hominem generat educendo ex potentia materiæ partem animæ ſuæ materialem, vegetalem ſcilicet animam, & ſenſualem, quæ ſunt duæ partes corruptibiles animæ humanæ; qua in functione generans homo filium gubernatur tum a [b] Sole corporeo, adeoque a corpore [c] cæleſti; tum ab incorporeo Sole ſummo Deo, qui ceu cauſſa omnium prima & communiſſima concurrit cum omnibus mouentibus ſecundis ad [d] omnes motus efficiendos: Sol autem incorporeus ille Deus Optimus peculiari præterea ratione generat hominem, quia embryoni iam in ſe habenti vegetalem, & ſenſualem animam a parente homine, tandem [e] forinſecus indit animæ humanæ par-

[b] 2. de gē. t. 55. et ſeqq.
[c] 1. met. cap. 2.
[d] 12. met. t. 24.
[e] 2. de gē. an. cap. 3

A partem intellectiuam, qua fætus fit homo; atque adeo Deus obſeruatione [f] Philoſophi accendit lumē intellectus in anima. Quamobrem anima humana, quæ forma eſt, & natura hominis, ſicuti ſecundum eam partem, quę ab homine generante producitur ex materia, eſt a materia penitus inſeparabilis, & omnino pertinens ad conſiderationem phyſicam: ita ſecundum aliam partem, quæ ab incorporeo Sole dependet, extrinſecus [g] adueniens materiei, ſeparabilis eſt a materia reipſa; & ſub hac ratione ſeparabilitatis, quomodo ſcilicet ſit ſeparabilis, & quid ſit ſecundum ſe, nullatenus ad Phyſicum pertinet,
B ſed ad Metaphyſicum: ita enim Phyſicus materiei affixus eſt, vt nunquam ſine [h] materia meditari quippiam valeat; quum per materiæ contemplationem differat ab alijs Scientificis; etenim Mathematicus contemplatur formas ſecundum ſe quidem in materia degentes, aſt illas ope mentis [i] abſtrahendo a materia: Phyſicus autem ſpeculatur ſolum formas, quæ ſunt in materia, prout in materia ſunt; quum enim tria ſint in materia formarum genera; nam alię dependent a materia quantum ad eſſe, & quantum ad operari ſimpliciter; quæ propterea ſemper ſunt
C in materia, penitus ab ea inſeparabiles; cuiuſmodi ſunt anima ſentiens, & vegetalis, & miſtorum, elęmentorumque formæ; quas ideo Phyſicus abſolute contemplatur: alię dependent a materia non quantum ad eſſe, neque quantum ad omnes ſuas operationes, ſed tantum quantum ad aliquas; vti eſt anima rationalis, quę ſolum in eo quod eſt principium quo primo [k] mouemur, depēdet ab organo [l] corporeo; quum in eo quod eſt principium quo primo in-

f 3. phyſ. cap. 19.

g 2. de gē an. cap. 3 & 4.

h 2. phyſ. t. 19. 21. & ſeqq.

i 2. phyſ. t. 18. 19.

k 2. de an. t. 24

l 3. de an. t. 48. & ſeqq.

Digitized by Google

intelligimus [m], ſiue in eo quod eſt principium quod intelligit [n], nullo pacto [o] miſceatur cum corpore, vel ab eo pendeat; ac proinde ſit a corpore [p] ſeparabilis; quam propterea Naturalis Philoſophus non conſiderat abſolute, ſed prout in corpore degit; nam quomodo ſit ab eo ſeparabilis, & quid ſit ſeparata, non Phyſicus, at Metaphyſicus contemplatur; vt ait [q] hoc in loco Magiſter: aliæ demum non quidem dependent a materia quantum ad eſſe, neque quãtum ad operari, ſed viciſſim ſunt huiuſmodi Naturæ, a quibus dependent omnia materialia, & omnia corporea, omneſque materialium corporeorumque functiones; ac eiuſcemodi formæ ſunt omnes Intelligentiæ, ſpeciatimque Prima Deus Optimus, quibus nomen Primi-Mouentis paſſim attribuit Ariſtoteles, dum ait, [r] A tali principio tum cælum, tum naturam dependere; multoque [ſ] prius, A viuentibus vitam beatiſſimam, inſeneſcibilibus, impaſſibilibus, immobilibuſque penitus, pendere rebus omnibus eſſe & viuere, his quidem exactius, his autem obſcurius: Quæ quidem formæ quantum eſt ex ſe non dependentes ab vlla materia, dicuntur entia ſeparata, & abſtracta; & ſecundum ſui entitatem ſic abſolutam non attinent ad Phyſicum, ſed ad Metaphyſicum; at ſi ſpectentur, quatenus talia principia ſunt, a quibus pendent omnes res & operationes materiales; quum ab ijs illę pendere nequeant, niſi ſibi phyſice coniunctis; propterea ſub hac ratione ſunt in materia, licet independenter ab ea; & ſic obtinent rationem Primi-Mouentis; cuius conſideratio pertinet ad Naturalem Philoſophum. Itaque Deus, vt Primus-Motor abſolute, prima cauſſa eſt, vnde re-

m 2. de an. t. 24
n 3. de an. t. 4. 7. et ſeqq.
o 3. de an. t. 4. 6.
p 3. de an. t. 7.
2. de an. t. 21.
q 2. phyſ. t. 26.
r 12. met t. 38.
ſ 1. cæl. t. 100.

A rebus omnibus pendet eſſe & viuere, his quidē exactius, nimirum tum *t* hominibus, qui ſuo in ortu a ſummo Deo ſortiuntur animæ partem intellectricē immediate, velut a cauſſa proxima; tum etiam *u* cæleſtibus viuentibus, quæ proxime pendent a ſummo Deo: his autem obſcurius; videlicet omnibus ſubcæleſtibus alijs, quæ pendent immediate a cauſſis ſecundis, a Deo vero remote, vt a cauſſa communiſſima, primaque ſecundas omnes *x* gubernante. Si ergo Primum-Mouens Deus eſt cauſſa efficiens hominem immediate quoad eſſe ac viuere rationale, proB indeque proximum efficiens compoſitum aliquod naturale, ac ſpeciatim animal: quum cauſſa efficiēs compoſitum naturale, generanſque animal *y* Ariſtoteli ſit vere, ac proprie Natura: iam Primum-Mouens Numen, adeoque Deus vt primus Motor, eſt vere proprieque Natura. Ceterum ad huius argumenti robur, & dilucidationem, operæ pretium eſt ex nuper explicato contextu, ex quo deductum eſt, communem interpretationem eliminare, qua dicitur, Ariſtotelem nomine *z* Solis intelligere Solem corporeum, ac eius exemplo cælum, quaſi velit AC riſtoteles indicare, ad hominis generationem concurrere non tantum agens particulare ac proximum, quod eſt homo parens; verum etiam vniuerſale ac remotum, quod eſt Sol, vocabulo Solis aſtra cuncta, cælumque totum ſignificando; vel etiam Solem ipſum corporeum præcipue, quia Sol inter alia corpora cęleſtia magis ortui rerum pręeſt, maioremque generationi ſubcęleſtium opem affert, Ariſtotelis teſtimonio; cui *a* Sole ad nos accedente fiunt rerum generationes, eoque recedente a nobis, fiunt

*t* 3. Rh. cap. 10.
*u* 12. me. t. 38.
*x* 12. me. t. 56.
*y* 2. phy. t. 1. 7. 11 et ſeqq.
*z* 2. phyſ. t. 26.
*a* 2. de gē. t. 55. et ſeqq.

rerum corruptiones, nimirum verno tempore, quum Sol ad nos accedit, ab hiemalibus ſignis in Zodiaco pergens ad Borealia, plantæ fere omnes emittunt folia, & botros, animaliaque ferme cuncta fętificant: autumnali vero, quum idem Sol a nobis, prope Septemtrionalia ſigna degentibus, recedens properat ab ęſtiuis in Zodiaco ſignis ad Auſtralia, plantæ propemodum omnes folia deperdunt, & fructus, plurimæque moriuntur; & animalia quamplura pariter intereunt. Hęc inquam vulgaris explicatio propoſito contextui non congruit, nec animum firmat multis nominibus: In primis enim, quum homo potiſſimum conſtituatur in eſſe per animam rationalem; nam vegetalis fætum efficit viuentem ſimpliciter ac animatum; ſentiens eumdem efficit animal; at ſola rationalis embryonem efficit hominem; vt ait Ariſtoteles[b]: Quum autem eidem rationalis anima non a parentibus accedat miniſterio ſeminis, vt vegetalis, & ſenſualis; aſt forinſecus a[c] ſummo Deo: neque a cæleſtibus corporibus, neque ſpeciatim a Sole corporeo; quippe functionem intelligendi & eligendi penitus incorpoream, nihilque[d] communicantem cum actione corporali retinens; vt actionem, ſic etiam eſſentiam obtinere debet ab omni corpore prorſus independentem: Quare non ſolus homo & ſol corporeus hominem generat, ſed maxime homo parens, & Sol incorporeus, qui Deus eſt, hominis generationem proxime promouet; homini gignendo vegetalem, ac ſenſualem animam tribuēte parente homine miniſterio ſeminis; at rationalē, quæ non dependet ab vlla natura corporea, ſolo tribuente Deo, qui Sol eſt incorporeus: Nec erat

b 2. de gē. 3. c. 3.

c 3. Rhet. 10.

d 2. de gē. n. c. 3.

A vt hic Ariſtoteles afferret generationis hominis
cauſſam effectricem communem& remotam,qui nõ
ſemel præcepit ſcientifico, ſpeciatimque Phyſiolo-
go, referendos eſſe cunctos effectus in cauſſam[e] pro- e 8. met.
priam, & proximam, ſeu immediatam; quam pri- t. 12.
mam[f] appellat. Deinde vero,cur hoc potius de ho f 2. phys.
mine, quam de quouis alio viuente, ſeu de quouis t. 27. 28.
alio generabili dicit[g] Ariſtoteles,quod a Sole,tam- g 2. phys.
quam a cauſſa remota, & a ſibi ſimile in ſpecie agẽ- t. 26.
te proximo generetur? ſic enim & bos bouem gene-
rat, & Sol; caniſque canem generat, & Sol. Verum
ſi nũc hominis exemplo idipſum pronunciaſſet Ari-
B ſtoteles de ceteris omnibus generabilibus; quorſum
hæc protuliſſet pro determinanda quæſtione, Quo-
uſque Phyſicus debeat conſiderare formam, quam
ait ab eo conſiderari, vt a Medico neruus conſidera-
tur, & a Fabro æs, vſque ad certum terminum? Cur
vltra hunc terminum reijcit contemplationem for-
marum ad Metaphyſicum, eam attollens vltra limi-
tes Phyſiologiæ? nonne forma bouis, & canis om-
nino & vndequaque pertinet ad Phyſicum? cuius
muneris abſolute ſunt omnia, quæ[h] mota mouent, h 2. phyſ. t. 70, 71
& quæ non ſunt ſine[i] materia. Præterea quorſum i 1. de an. t. 17.
C verba illa de[K] ſeparabilitate formę a materia? puta 1. de par. cap. 1.
formam ſeparabilem a Phyſiologo conſiderari pro- 6. meta. t. 2.
ut eſt in materia; quomodo autem ſit ſeparabilis, &
quid ſit, pertinere ad Metaphyſicum? eſt ne forma K 2. phy.
bouis, aut canis ſeparabilis? eſt ne non ad Phyſicũ t. 26.
attinens, aſt ad Metaphyſicum? Inſuper vbi dixit,
*homo hominem generat, & Sol*; cur immediate ſubdit
huiuſmodi ſententiam Ariſtoteles, *quomodo autem
ſe habeat hæc ſeparabilis, & quid ſit, Philoſophia prima*

*eſt officium determinare*, niſi loquatur de hac ipſa ho- A
minis anima, quę partim ab homine generante pro-
ueniat, nimirum quoad partem vegetalem, ac ſen-
tientem a [l] parentibus mediante ſemine, & partim
forinſecus a Deo proueniat, nempe quoad partem
rationalem, qua proprie fætus fit homo, ſine ſeminis
interuentu a [m] Primo-Mouente? Id autem, quod
hoc in loco ſcribit Ariſtoteles, [n] Solem incorporeũ,
nempe Deum, generare hominem, cui tribuit ani-
mam rationalem, non ita eſt intelligendum, quaſi
velit Ariſtoteles, a Deo rationalem animam de no-
uo creari, ſtatimque fætui copulari; quę vera eſt The- B
ologorum noſtrorum ſententia; Nam Philoſophus
vno Naturę lumine fretus adeo ſublimem hanc The-
ologicam veritatem perſpicere non potuit: ſed Ari-
ſtoteles opinatur humanum intellectum ab ęterno
conditum a ſummo Deo, perinde ac ab ęterno tum
lumen eidem a Sole prodijt, tum motus cęleſtis ab
Intelligentia motrice, tum Mũdus ab ipſomet Deo
ſupremo: ſed ad hoc vt Deus Ariſtoteli poſſit homi-
nem in tempore generare, ſufficit vt animam ratio-
nalem, etſi multo prius ab æterno conditam, con-
ceptui ſtatutis temporibus intra ſinum vteri con- C
formato conciliet, ac infundat: non ſecus atque
Fuſoriæ Artis Opifex producit ex ęre [p] ſtatuam A-
lexandri, veterem figuram in matrice teſtea exiſtẽ-
tem, nouiter imprimens æri; & perinde ac figurator
artifex [q] vetuſtam in auro, vel ferro figuram nouiter
imprimens cerę producit ſignum de nouo in ea ma-
teria. Sic igitur Deus, vt Primum-Mouens vere ge-
nerat hominem, concilians fætui rationalem ani-
mam, qua proprie conceptus fit homo, qui eſt vere
animal

[l] 2. de gẽ. an. cap. 3. et 4.

[m] 3. rhet. cap. 10. 12. met. t. 24 1. cæl. t. 100.

[n] 2. phyſ. t. 26. 12. meta. t. 24. 3. rhet. cap 10. 1. de an. t. 82.

[p] 2. phyſ. t. 63.

[q] 2. de an. t. 121.

A animal, & corpus naturale: quumque omne animal, & omne corpus naturale proprie fiat nonniſi ab ea cauſſa, quę vere [r] Natura dicitur: proinde conſtituere debemus, Deum ſub ratione Primi-Mouentis, ac ſub ratione cauſſę efficientis entia naturalia, eſſe vere proprieque Naturam: Qua ratione de ſummo Deo loquens Diuus Auguſtinus inſit, [ſ] *Ac per hoc ei Naturæ, quæ ſumme eſt, qua faciente ſunt quæcumque ſunt, contraria Natura non eſt, niſi quæ non eſt: Ei quippe, quod eſt, non-eſſe contrarium eſt. Et proinde Deo, id eſt, ſummæ eſſentiæ, & autori omnium qualiumcumque eſſentiarum, eſſentia nulla contraria eſt.* & alibi [t] B *Omnis quippe Natura vel Deus eſt, qui nullum habet autorem; vel Deus non eſt, quia ipſum habet autorem.*

r 2. phyſ. t. 1.

ſ 12. de Ciu. Dei c. 2.

t de an. & eius or. lib. 2. c. 3.

*Summum Deum, quatenus eſt Finis, cuius gratia ſunt, & operantur omnia naturalia, eſſe vere ac proprie Naturam. Cap. IX.*

AMplius autem Primum Motorem Deum, qua finis eſt entium naturalium, eſſe vere Naturã demonſtratur: in primis enim finalis cauſſa, cuius C gratia fit motus naturalis, eſt vere Natura, decreto Ariſtotelis [a], antea [b] latius explicato: ſed ipſe Deus, vt Primus-Motor, eſt finis, cuius gratia fit motus circularis in cæleſtibus corporibus a ſecundis Intelligentijs, a quibus motus in cælo factus, eſt naturalis [c] Ariſtoteli: ergo Deus vt Primus-Motor in genere cauſſę finalis eſt vere Natura. Porro Deum ſub ratione Primi-Mouentis eſſe finem cuius gratia cælum mouetur motu circulari ab Intelligentijs ſecundis, aperte docuit Ariſtoteles inquiens, [d] *Eſt que aliquid*

a 2. phy. t. 14. 23. 1. de par. c. 1. 5. meta. t. 5.

b cap. 4. & 5.

c 1. cæl. t. 5. et ſeq

d 12. met t. 35.

Digitized by Google

*aliquid, quod mouet: Quum vero id, quod mouetur, & mouet, medium ſit; eſt etiam aliquid, quod non motum mouet; quod æternum, & ſubſtantia, & actus eſt.* A

e tex. 36. *Mouet e autem hoc modo: concupiſcibile, & intelligibile mouet, non motum: horum autem prima eadem ſunt: deſiderabile namque, quod apparet bonum: primum vero voluntate affectabile, quod eſt bonum: magis vero appetimus, quia videtur, quam videtur, quia appetimus. f Principium enim intellectio: ac intellectus*

f tex. 37 *ab intelligibili mouetur: Intelligibile vero alter ordo eſt, qui per ſe ipſum eſt: & huius ſubſtantia prima, atque huiuſce quæ ſimplex, & ſecundum actum eſt: eſt autem vnum, & ſimplex non idem; ſiquidem vnum ſignificat menſuram, ſimplex vero quomodo ſe habeat ipſum. At vero bonum quoque, & quod per ſe eligibile eſt, in eodem ordine ſunt: & ſemper primum eſt optimum, aut proportionale. Quod vero cuius gratia in immobilibus ſit, ipſa diuiſio manifeſtat: eſt enim id cuius gratia alicui eorum, quorum hoc quidem eſt, hoc vero non eſt: mouet itaque vt quod amatur: quod mouetur autem, cetera mouet.* Nimirum Deus Optimus quum ſuprema ſit rerum omnium cauſſa cum ſecundis quibuſque concurrens ad omnes effectus naturales efficiendos, ad omnes motus naturales ciendos; quumque ſit purus actus, adeoque ſumme intelligibilis; & Optimus, ſeu ſumme bonus, adeoque ſumme appetibilis: cælum Intelligentię ſuæ munere ſemper intelligens Deũ ſub ratione ſummi boni, deſideranſque illius bonitatis pro modo naturę ſuæ particeps fieri, ſemper ſatagit naturales omnes effectus itidem producere, motuſque naturales omnes pariter promouere; voti vero ſui compos

effici-

A efficitur tum cælum mouendo ſeipſum æterno motu circulari; tum Intelligentia mouens ſubiectum ſibi cæleſte corpus orbiculari motu; cuius motus beneficio motus alij naturales omnes, omneſque ſubcæleſtes euentus naturales [g] eduntur: Quare Deus vt Primus-Motor, eſt finis, cuius gratia cælum naturali motu perpetuo voluitur in gyrum; quũ ſub ratione boni ab Intelligentia motrice intellecti, & expetiti moueat illam ad cælos euoluendos. Quinimmo *Deus* vt Primus-Motor eſt finis omnium motuum naturalium, omniumque naturalium effectuum elementarium, omniumque naturalium
B effectuum abſolute, Ariſtotele ſcribente, omnia viuentia noſtratia generare ſibi ſimilia, [h] *vt ipſo ſemper & diuino participent, ſecundum quod poſſunt, & illius gratia agunt omnia, quæcumque agunt ſecundum naturam.* Nimirum omnia naturalia agẽtia, non ſola cęleſtia, quodcumque agunt ſecundum naturam, adeoque ſuos omnes motus naturales in eum finem dirigunt, vt quoquopacto reddantur *Deo* ſimilia, vel in æternitate ſaltem ſpeciei, vel in participatione cuiuſuis alterius attributi *Diuini*; Quare Deus eſt finis omnium motuum naturalium;
C adeoque Natura. Quod ex hoc Ariſtotelis dogmate ſic alia ratio conuincit, Finis, cuius gratia omnia agunt quæcumque agunt ſecundum Naturam, eſt vere proprieque Natura, vt ait Ariſtoteles non [i] ſemel: Sed Primus-Motor Deus eſt finis, cuius gratia agunt quęcũque agunt ſecundũ naturã eodẽ [k] doctore: igitur Primus-Motor Deus eſt vere proprieque Natura. *Deinceps* finis, in quem ordinantur omnia entia naturalia, ſeu finis Mundi totius, qua-

tenus

[g] 1 met. c. 2. 2. de gẽ. t. 55. & ſeqq.

[h] 2. de an. t. 34.

[i] 2. phyſ. t. 14. 23 1. de part. cap. 1. 5. met. t. 5.

[k] 2. de an. t. 34.

Digitized by Google

tenus hoc vniuerſum eſt corpus naturale, eſt vere A
l 2. phy t. 14. 2; 5. met. t 5. Natura [l], decretis Ariſtotelis: modo Primus-Motor *Deus* eidem Magiſtro eſt finis, in quem ordinata ſunt omnia Mundi entia naturalia; ſcribit enim,
m 12. met. t. 52. *m Perſcrutandum autem etiam hoc, quonam modo natura Vniuerſi habeat ipſum bonum, & ipſum optimum: Vtrum ſeparatum quiddam, & ipſum, an per ſe, an ipſo ordine: An vtroque modo, quemadmodum exercitus; etenim bene eſſe eius in ordine, & Dux ipſe eſt; ac magis ipſe: non enim ipſe propter ordinem, verum ordo propter ipſum eſt. Cuncta autem coordinata quodam modo ſunt, verum non ſimiliter & natantia, & volatilia, & plantæ:* B *nec ita ſe habent, vt ſit vllum alteri ad alterum, ſed ſunt ad quippiam; ad vnum namque coordinata ſunt omnia:* Sic ergo *Deus* eſt finalis cauſſa rerum omniū naturalium, ac Vniuerſi quatenus eſt corpus naturale: Primus-Motor ergo *Deus* Ariſtoteli eſt vere *Natura*. Præterea *Diuinus* Intellectus in Mundo toto, qua corpus naturale dicitur, ineſt ſicut Intellectus humanus in homine, vt colligitur ex Ariſtotele, collaudante Anaxagoram, & Hermotimum
n 1. met. ſu. 2. c. 2. Clazomenium his notis, *n Quare, qui vt animalibus, ita in natura intellectum ineſſe cauſſam mundi, totiuſque ordinis dixerat, quaſi ſobrius comparatus ad Antiquiores vana dicentes, apparuit;* C Sed humanus in-
o 2. de an. t. 36. 37. et 2. de gen. an. c. 3. tellectus in homine ineſt Ariſtoteli ſpeciatim vt o finis, & eſt hominis natura, p & ſubſtantia propria: *Solus enim animalium omnium erectus eſt homo*, ait,
p 4. de part. c. 10 *quoniam eius natura, atque ſubſtantia diuina eſt: officium autem diuini eſt intelligere atque ſapere: quod non facile eſſet ſi vaſta corporis moles aſſideret; pondus enim tardiorem reddit & mentem, & ſenſum com-*

*mu-*

Digitized by Google

A *munem*. Igitur Primus-Motor Deus eſt vere proprieque Natura.

### *Primum-Motorem Deum eſſe Naturam eo quod Ariſtoteli ſit forma Vniuerſi, quatenus eſt corpus naturale. Cap. X.*

CEterum non ſolum quia cauſſa efficiens eſt generans omnia naturalia ortui obnoxia; & quia finis eſt, cuius gratia ſunt, & fiunt res omnes naturales, Primus-Motor Deus proprie Natura dicendus
B eſt; ſed ſpeciatim quia eſt forma Mundi totius, quatenus eſt corpus naturale; ſiquidem forma conſtitues in eſſe corpus naturale, eſt vere ac proprie Natura, docente Magiſtro, formam eſſe magis [a] Naturam, quam ſit materia, quia per formam res habet vt ſit actu naturalis; per materiam ſolum vt poſſit eſſe naturalis: At vero Mundus iſte totus ſenſibilis eſt corpus naturale, vt vnicuique conſtat, ex [b] ſuperioribus vel ex [c] Ariſtotele; cui cõſtituitur in eſſe per [d] formã, quæ [e] Deus eſt, vt primus Motor: ergo Primus-Motor Deus, quum ſit Vniuerſi forma, eſt vere Natura.
C Porro Deum ſub ratione primi-mouentis eſſe formã, per quam conſtituitur in eſſe Mundus, ac Vniuerſũ vt corpus naturale, multipliciter probatur ex Ariſtotele; primum enim [f] laudat ipſe dicentes, *Vt in animalibus, ita in Natura intellectum ineſſe cauſſam Mũdi totiuſque ordinis:* ſed in animalibus intellectus humanus eſt cauſſa [g] formalis conſtituens in eſſe [h] hominem: ergo ſimiliter in tota rerum Mundanarum natura Intellectus Diuinus eſt cauſſa formalis conſtituens in eſſe Mundum quatenus eſt corpus naturale;

[a] 2. phyſ. t. 12.
[b] cap. 8.
[c] 3. cæl. t. 1. 8. meta. t. 1. 1. de plã. cap. 1.
[d] 12. met t. 49. 50. et ſeqq.
[e] meta. ſu 2. c. 2. 1. cæl. t. 100.
[f] 1. met. ſu. 2. c. 2.
[g] 2. de an. t. 4. 6. 24. 36. 37. et 4. de par. c. 10.
[h] 2. de gẽ. an. c. 3.

proindeque Primus-Motor *D*eus eſt vere ac proprie Natura. *D*einde Magiſter aſſerit, a prima forma, A
quæ *D*eus eſt, Mundum totum ſortiri vnitatem ſpeciei, ac indiuidualem, adeoque τὸ eſſe eſſentiale; nā vnum & ens ita conuertuntur, vt ab eodem quoduis habeat quod ſit vnum, a quo nanciſcitur quod ſit
i 12. met. t. 49. K 1. cæl. t. 95. 96. ens; verba Philoſophi ſunt, i *Quod autem cælum ſit vnum* (nomine cæli ſignificat, Mundum Vniuerſum, vt K alibi) *manifeſtum eſt: ſi enim plures ſint Cæli, vt homines, principium vniuſcuiuſque erit ſpecie vnum, numero multa: at quæcumque multa numero, materiā habent: vna etenim & eadem multorum ratio eſt, veluti hominis; Socrates vero vnus: ipſum vero quod quid erat eſſe primum non habet materiam, quum actus ſit: vnum ergo tum ratione, tum numero primum mouens immobile ens eſt: & id igitur, quod ſemper continuoque mouetur: vnum ergo tantum cælum eſt.* Vnde ſic facile nectas propoſiti rationem, forma quæcumque corpori naturali tribuit vnitatem ſpeciei & numeri conſimili vnitate ſua, tribuit eidem eſſe ſpecificum, & indiuiduale phyſicum; quia vnum & ens vbique conuertuntur: At Mundo, qui eſt corpus naturale, Primus-Motor immobilis ille Deus, qui ſolus eſt ipſum quod-quid-erat-eſſe primum, hoc eſt prima forma, tribuit vnitatem ſpeciei & numeri, quoniam & ipſe materiam non habens, ac purus actus exiſtens, vnus eſt ſpecie pariter ac numero: *D*eus igitur, vt primus-motor, eſt prima forma tribuens eſſe ſpeciei ac numeri ſubſtantiale Vniuerſo, quatenus eſt corpus naturale. Qua quidem in theoria Philoſophus admonet, corrigendum eſſe placitum Hermotimi, & Anaxagoræ, qui l dudum dixerant, In tota rerum Natu-
l 1. meta. ſu. 2. c. 2.

B

C

ra

A ra Intellectum eſſe cauſſam Mundi, totiuſque ordinis, vt in animalibus; quia id verum eſt quantum ad vnitatem ſpeciei tantum, non autem quantum ad vnitatẽ numeri: etenim Diuinus Intellectus, quatenus eſt cauſſa formalis, & primum-quod-quid-erat eſſe Mundi, vnicus eſt omnino tum ſpecie, tum [m] numero: ſed intellectus humanus non ita ſimpliciter ſimplex actus eſt, quoniam habet aliquam habitudinẽ ad materiam, ratione cuius eſt numero multiplex: vnde multi ſunt homines in vna ſpecie; ſed vnicus eſt numero Mundus in vnica ſpecie. Deinceps autẽ, quia quum vnumquodque ſit id quod in eo eſt ſummum, adeoque ſua ipſius forma ſpecifica; quo nomine homo dicitur eſſe maxime ſuus intellectus Ariſtoteli ſcribenti, [n] *Bonum enim eſt ſui quoque cauſſa bonum elaborare: intellectiuæ ſiquidem Partis gratia, quæ eſſe vnuſquiſque noſtrum videtur*. & infra, [o] *Sicut autem & ciuitas eſſe maxime id videtur, quod in ipſa præſtantiſſimum eſt, & omnis alia congregatio: ita & homo* eſſe maxime videtur anima rationalis, quæ forma eſt hominis, & omnium, quę in homine ſunt, res [p] pręſtantiſſima: & adhuc inferius, [q] *Quodque dictum ſuperius* [r] *eſt, nunc etiam conueniet; quod enim naturæ vniuſcuiuſque eſt accommodatum, id præſtantiſſimum, ac iucundiſſimum vnicuique eſt: ergo & homini vita, quæ ex intellectu traducitur: ſiquidem maxime id homo eſt*: ac reuera forma propter hoc [ſ] definitur ratio ipſius quod quid erat eſſe, quia eſt fere quidditas rei, & adeo præcipua pars eſſentiæ, vt res tota maxime in forma contineatur: Quum autem Ariſtoteli [t] *Deus ſit id quodcumque eſt*; ait etenim, *Habet enim etiam nunc Deus bonum; ſed quum ſit ipſe id quodcum-*

(B and C are section letters in the left margin.)

m & 12. meta. t. 56.
n 9. ethi. c. 4.
o cap. 8.
p 2. de an. t. 82.
q 10. eth. cap. 7.
r 9. eth. cap. 4.
ſ 2. phyſ. t. 28.
t 9. ethi. cap. 4.

*que eſt*; id autem quodcumque eſt nihil ſit aliud quã Mundus totus, ac vniuerſum: iam conſtat ex Ariſtotele Deum vere formam eſſe Mundi totius, qui eſt corpus naturale, proindeque proprie Naturam. Præterea vero quemadmodum ſeſe habet humanus intellectus in animalibus, ita plane Diuinus Intellectus in Vniuerſa rerum natura Mũdoque toto; quod vidimus apud [u] Ariſtotelem: ſed eidem Ariſtoteli humanus intellectus in animalibus rationalibus eſt proprie vereque Natura; ſcribit enim citatis verbis Philoſophus, [x] *Sed homo vice pedum priorum brachia, & quas manus dicimus, habet; Solus enim animalium omnium erectus eſt, quoniam eius natura atque ſubſtantia diuina eſt; officium autem diuini eſt intelligere, atque ſapere*; quæ ſunt operationes [y] intellectus ſolius. Primus ergo Motor, qui Deus eſt, in Vniuerſo eſt vere Natura. Inſuper autem Cauſſa ordinis omnibus rebus naturalibus eſt proprie ac vere Natura, decreto Philoſophi dicentis, [z] *Nihil inordinatum oſt eorum, quæ Natura, & ſecundum naturam fiunt; Natura enim cauſſa ordinis eſt omnibus*: Modo eidem Ariſtoteli Diuinus Intellectus, qui Primus-Motor dicitur, eſt in tota natura rerum cauſſa mundi, & [a] ordinis totius: igitur Primus Motot Deus eſt vere proprieque Natura. Poſtea, ipſum bonum, & ipſum optimum, quod per ſe ſeparatum exiſtens, hoc eſt independens, cauſſa eſt ordinis rerum omniũ in Vniuerſo, eſt [b] forma, quæ vere proprieque Natura dicitur: ſed Primus Motor Deus eſt ipſum bonũ, ipſum optimum, quod per ſe ſeparatum exiſtens, hoc eſt independens, eſt cauſſa propterquam eſt ordo in entibus omnibus Mundanis: Igitur Primus-Mo-

u 1. met. ſu. 2. c. 2. 12. met. t. 49.
x 4. de part. c. 10
y 3. de an t. 1. et ſeq.
z 8. phyſ t. 15.
a 1. meta ſu. 2. c. 2. 12. met. t. 52.
b 1. phyſ. t. 81.

A B C

Digitized by Google

A Motor *D*eus in Vniuerſo eſt forma, quę proprie dicitur Natura. Quam ſane rationem claram habemus, fuſeque deſcriptam ab Ariſtotele his notis, [e] *Perſcrutandum autem etiam hoc, quonam modo Natura Vniuerſi habeat ipſum bonum, & ipſum Optimum: Vtrum ſeparatum quiddam & ipſum, an per ſe, an in ipſo ordine. An vtroque modo; quemadmodum exercitus: etenim bene eſſe eius in ordine, & dux ipſe eſt; ac magis ipſe; non enim ipſe propter ordinem, verum ordo propter ipſum eſt: Cuncta autem coordinata quodam modo ſunt, verum non ſimiliter & natantia, & volatilia, & plantæ:* Nec *ita ſe habent vt ſit vllum alteri ad alterum, ſed* B *ſunt ad quippiam: Ad vnum namque coordinata ſunt omnia. Verum quemadmodum in domo liberis quidem minime licet quodcumque facere, ſed ea omnia, aut plurima, quæ ordinata ſunt; mancipijs vero, & beſtijs parũ, quod ad commune conferat, ſed vt plurimum quodcumque contingit (tale namque principium cuiuſque eorum natura eſt)* · [d] *Dico autem pariformiter quod neceſſe eſt omnia in diſcrimen venire; & alia ita ſunt, quibus omnia communicant ad Vniuerſum.* Sic ergo quod eſt cauſſa totius ordinis in rebus omnibus mundanis, C quatenus eæ ſunt res naturales, eſt vere ac proprie Natura [e]: quum itaque Deus, vt Primus-Motor, ſit cauſſa totius [f] ordinis in omnibus rebus [g] mundanis, quatenus eę ſunt res naturales; profecto Primus-Motor *D*eus eſt vere proprieque Natura. Inſuper omnis anima, quæ forma eſt alicuius corporis naturalis, eſt Ariſtoteli proprie dicta Natura: ſed eidem *D*eus vt primus-Motor eſt anima Mundi, ac forma Vniuerſi, quod eſt corpus naturale: igitur Ariſtoteli *D*eus vt Primus Motor eſt proprie dicta Natura. *D*ubio procul

c 12. met. t. 52.

d tex. 53

e 8. phy t. 15.
f 1. me ſn. 2. c.
g 12. me t. 52. 53.

procul Animam omnem, quæ forma eſt corporis naturalis, eſſe proprie dictam Naturam, tum ea ratione liquet, quia primus actus, ſeu eſſentialis corporis naturalis, eſt vere Natura; ſed omnis [b] anima eſt actus primus, hoc eſt eſſentialis corporis naturalis; igitur omnis anima eſt vere Natura: tum decreto Magiſtri, qui non ſolum ſtatuit omnem formam cuiuſque corporis naturalis eſſe vere [i] Naturam; ſed etiam admonet omnem animam eſſe [K] formam corporis naturalis: vnde neceſſario colligas, omnem animam eſſe Naturam. Atuero Primum-Motorem omnium, qui Deus eſt, eſſe Mundi formam, & animam Vniuerſi quatenus eſt corpus naturale, non difficile fuerit oſtendere: Primum enim Ariſtoteles perſpicuis verbis ait, [l] *Primum igitur non bene eſt dicere animam magnitudinem eſſe: eam enim, quæ Vniuerſi, talem eſſe vult, qualis eſt vocatus Intellectus: non enim qualis ſenſitiua, nec qualis deſideratiua; harum enim motus non circulatio eſt*: Modo anima, quæ circulari motu mouet, eſt primus Motor [m] Ariſtoteli; quæ vero eſt Vniuerſi forma, dicitur eidem [n] alibi, eſſe ipſum primum quod quid erat eſſe vnum & numero & ſpecie: ſed tale primum quod quid erat eſſe, ſeu prima [o] forma, ſolus eſt Deus; nam aliæ Mentes ſunt Intelligentiæ ſecundæ, formæ ſecundæ, cauſſæque ſecundæ: igitur Primus-Motor, qui Deus eſt, Ariſtoteli eſt anima Mundi, formaque Vniuerſi, quatenus eſt corpus naturale: Si vero ſit aſſiſtens, an informans, id [p] infra declarabitur. Deinde, Principium vitæ, quod tribuit eſſe viuenti, eſt anima, dicente Philoſopho, [q] *Etenim anima cauſſa eſt vnde motus, & cuius cauſſa, & vt eſſentia animatorum: Quod igitur ſit vt ſub-*

[b] 2. de an. t. 7.
[i] 2. phyſ. t. 10. et ſeqq.
[K] 2. an. t. 4. et ſeq.
[l] 1. de an. t. 46.
[m] 8. phy. t. 53. et ſeqq.
[n] 12. met. t. 49.
[o] 2 phyſ. t. 28.
[p] lib cap. 4. et ſeqq.
[q] 2. de an. t. 36.

A *ſubſtantia, manifeſtum eſt; cauſſa enim ipſius eſſe omnibus ſubſtantia eſt:* [r] *Ipſum autem viuere viuentibus eſſe eſt; cauſſa autem & principium horum, anima:* Quum itaque *D*eus, vt Primus-*M*otor, Ariſtoteli ſit [ſ] *immortale & diuinum* illud, *vnde & alijs* omnibus rebus *pendet, his quidem exactius, his autem obſcurius, eſſe, & viuere*: plane conſtat, Ariſtoteli *D*eum, vt Primus-*M*otor eſt, eſſe *M*undi formam, & animam Vniuerſi, quatenus eſt corpus naturale. *D*einceps Ariſtoteles inquiens, [t] *Quod ſi hominem ceterorum animalium optimum eſſe dixerint, id nihil refert; quandoquidem homine alia natura ſunt longe diuiniora; vt ea, quæ ſunt* B *manifeſtiſſima, ex quibus Mundus cōſtitutus eſt*: aperte ponit *M*undum animatum, conſtitutum ex omni corpore ſenſibili & naturali tamquam ex [u] materia; & ex ſummo [x] *D*eo, tamquam ex Anima, quæ in eo viuēte [y] ſimul forma eſt, efficiens, ac finis; vnde numero multitudinis loquitur, ad indicandas tres iſtas rationes formales, quibus Deus eſt in Vniuerſo; vt [z] alibi latius explicauimus: Deus autem apte deſcribitur per ea, quæ manifeſtiſſima ſunt, ex quibus Mūdus conſtitutus eſt; quia Deum eſſe, per ſe notum eſt; C & Deum in Mundo eſſe finalem cauſſam rerum omnium, & effectricem cauſſam Vniuerſorum, & formā cuncta perficientem, notiſſimum eſt: Quare *D*eus, vt primus Motor Ariſtoteli eſt forma, & anima Mūdi, quatenus eſt corpus naturale. Dein, formæ ſolius proprium eſt complere compoſitum naturale; quum ſit illius perfectio, & actus [a] primus, hoc eſt eſſentialis: Modo Primus-Motor *Deus* Ariſtotele doctore [b] *complet Vniuerſum*, quatenus eſt corpus naturale, *continuam faciens* in eo *generationem*; vt anima

ſubcæle-

[r] tex. 37
[ſ] 1. cæl. t. 100.
[t] 6. eth. cap. 7.
[u] 1. cæl. t. 95.
[x] de mū. d. c. 2.
[y] 2. de an. t. 36. 37.
[z] 2. de imm. an. c. 44. et De Piet. Ariſt. c. 12.
[a] 2. de an. t. 2. et ſeqq.
[b] 2. de gē. t. 59.

ſubcæleſtis complet ſuum quæuis animatum, continuam faciens in eo aliquam vitæ functionem: igitur Primus-Motor Deus Ariſtoteli eſt forma Vniuerſi, & anima Mundi, quatenus hic eſt corpus naturale. Præterea principium, quod corpori naturali tribuit vnitatem ſpeciei ſimul & numeri conſimili vnitate ſua, eſt illius forma ſpecifica: ſed *c* Ariſtoteli Primũ quod quid erat eſſe, propterea que Prima forma, quæ Deus eſt, tale principium eſt, quod Vniuerſo tribuit vnitatem ſpeciei ſimul & indiuidui conſimili vnitate ſua: igitur Ariſtoteli Primus-Motor Deus eſt forma ſpecifica Mundi, & anima Vniuerſi, quatenus corpus eſt naturale. Poſterius, formæ ſolius, & animæ proprium munus eſt *d* continere, ac *e* ordinem dare multitudini; nam materia continetur, & in ea nihil diſtinctum reperitur: ſed eidem Ariſtoteli, Diuinę *f* potentiæ, quę & hoc totum continet, opus eſt ordinationem dare multitudini nimium magnę, cuiuſmodi rerum eſt multitudo exiſtentium in Vniuerſo, quatenus eſt corpus naturale: verba Magiſtri ſunt, *Patet etiam ex rationum fide: nam lex ordinatio quædam eſt, & bonam legis poſitionem neceſſarium eſt eſſe bonam ordinationẽ: at multitudo nimium magna non poteſt recipere ordinationem: Diuinæ enim potentiæ id opus eſſet, quæ & hoc totum continet.* Ergo Primus Motor Deus eſt forma Mundi, & anima Vniuerſi, quatenus eſt corpus naturale. Amplius Ariſtoteli Primus-Motor Deus erga Mundum ita ſe habet, vt ſit Vniuerſi præcipua pars, quæ cauſſa eſt vim habens cunctarum rerum in Mundo exiſtentium tutricem, & continentem; ait enim *g* agens ex profeſſo de Deo, *Reſtat vt ſummatim de cauſſa diſſeramus, quæ cunctarũ*

*ipſa*

A

B

C

c 12. met. t. 49.

d 3. phyſ. t. 67. 4. phyſ. t. 35. 4. cæl. t. 22. 35. 1. de an. t. 89. 91. 2. de an. t. 39. 8. phyſ. t. 15.

e 1. meta. ſu. 2. c. 2.

f 7. polit. cap. 4.

g demũ cap. 7.

A *ipſa rerum vim habet tutricem & continentem, quemadmodum cætera perſtrinximus: Flagitij enim inſtar eſſet, quum de Mundo dicere inſtituerim, tractatu ſi minus exquiſito fortaſſe, at certe qui ſat eſſe poſſit ad formulam doctrinæ craſſiorem, intactam præcipuam Mundi partem principemque præterire. Vetus igitur ſermo eſt, a maioribuſque proditus inter omnes homines, Vniuerſa tum ex Deo, tum per Deum conſtituta fuiſſe atque coagmentata; nullamque naturam ſatis inſtructā ad ſalutem eſſe poſſe, quæ citra Dei præſidium ſuæ ipſa demum tutelæ permiſſa ſit: Quocirca veterum nonnulli*
B *eo vſque prouecti ſunt, vt hæc omnia dictitarent Deorū eſſe plena: hauririque eorum ſpectra ab hominibus oculis, & auribus, reliquiſque ſenſibus: ſententiæ illi quidem fundamenta iacientes Diuinæ fortaſſe potentiæ, nō item naturæ Diuinæ congruentis. Etenim cunctorum, quæ rerum Natura complectitur, cum ſeruator eſt Deus; tum vero quæcumque in hoc mundo quoque modo perficiuntur, eorū omniū genitor eſt: nō ſic tamē ipſe vt opificis in morem, animaliſque laſſitudinem ſentientis, labore affici poſſit; vt qui ea facultate vtatur, quæ nulli cedat difficultati; cuius ipſe vi facultatis omnia in po-*
C *teſtate continet: nec minus etiam quæ longius ab ipſo videntur eſſe ſubmota &c.* Quum itaque Primus-Motor Deus Ariſtoteli ſit præcipua princepsq; Mundi pars effectrix eorum omnium, quæ quouis modo in Vniuerſo gignuntur; iam eidem Deus, vt Primus-Motor, eſt anima Mundi, & forma Vniuerſi quatenus eſt corpus naturale: namque præcipua pars corporis naturalis, quę cauſſa eſt vim habens cunctarum rerum in eo exiſtentium genitricem, tutricem, & continentem, eſt illius naturalis corporis

forma,& anima; vt ait Ariſtoteles; cui [h] *Principaliſſimum eſt illud, quod continet, quodcumque eſt: anima autem aliquid eſſe melius,& præſtantius impoſſibile eſt: impoſſibilius autem adhuc intellectu; rationabiliſſimum enim eſſe hunc antiquiſſimum, & dominum ſecundum naturam: elementa autem dicunt eſſe prima entium*: quæ attributa maxime conueniunt animæ Mundi, Diuinoq; intellectui, quatenus eſt forma Vniuerſi: Quin & vlterius addit Ariſtoteles, [i] *Dubitabit autem aliquis & de ipſius* animæ *partibus, quam potentiã habeat vnaqueque in corpore: ſi enim tota anima totum corpus continet, conuenit & partium vnamquamque continere aliquid corporis: Hoc autem aſſimilatur impoſſibili; quam enim partem, aut quomodo continebit Intellectus, difficile eſt etiam fingere*: Quæ conditiones ita conueniunt humano Intellectui erga corpus humanum, cuius nullam partem determinate continet, quia nulla prorſus vtitur velut inſtrumento ad intelligendum; ſed omnes æque continet ac totum corpus ex ijs conſurgens, ceu forma tribuens toti corpori, ſingulisque partibus eius conſimiliter eſſe humanum: vt competant etiam Intellectui [K] Diuino erga Mundum; quum Deus vt Primus-Motor ceu forma contineat Vniuerſum, & ſingulas eius partes tueatur: Igitur Deus vt Primus-Motor, eſt forma Vniuerſi, & anima Mundi. Amplius, id quod ita eſt in corpore naturali, vt viciſſim corpus in eo ſit, velut in cauſſa effectrice motuum eorum, quicumque in eo corpore fiunt, eſt vere corporis illius forma, & anima; quia proprium formæ eſt [l] cõtinere; ac proprium [m] animæ, preter hoc, eſt [n] mouere omnia, quæcumque ſunt in viuente a ſe conſtituto

tuto

[h] 1. de an. t. 82.
[i] 1. de an. t. 91.
[K] 1. me. ſu, 2. c. 2.
[l] 3. phyſ. t. 67. 4. phyſ. t. 35. 4. cæl. t. 35.
[m] 2. de an. t. 39.
[n] 2. de an. t. 13. 8. phyſ. t. 27.

A
B
C

A tuto, [o] totumque ipſum viuens: & commune vtriq; eſt eſſe in toto compoſito veluti [p] pars eius eſſentialis; & eſſe id, in quo velut in forma continente inſit materia: Modo Primus-Motor Deus Ariſtoteli ſic eſt in Vniuerſo, vt viciſſim cuncta ſint in illo, a quo moueantur omnia; dicit enim alicubi, [r] *Quod perinde eſt, ac ſi principium motus in anima quid ſit, inquiratur: patet autem ſic eſſe, quemadmodum in Vniuerſo eſt Deus, & viciſſim cuncta in illo: mouentur enim omnia ab inexiſtente in nobis Numine.* Nempe Deus ita in nobis eſt, vt ſit etiam veluti cauſſa rerum omniū communiſſima in rebus omnibus, concurrens cum
B ſingulis motoribus ad quoſcumque motus efficiendos; adeoque mouentur omnia ab eo Numine, quod per omnia diffuſum inexiſtit etiam in nobis: Igitur Ariſtoteli Deus vt Primus-Motor, eſt forma, & anima Vniuerſi, quatenus eſt corpus naturale; nam Motus per ſe conuenit ſoli corpori [ſ] naturali. Quum itaque forma corporis naturalis, quatenus eſt naturale, ſiue ſumamus animam quamlibet, ſiue formā inferiorem, Ariſtoteli ſit vere proprieque [t] Natura: iam colligendum eſt neceſſario, Primum-Motorem Deum eſſe vere ac proprie Naturam. Vlterius id
C omne, cuius participatione conſtituitur in eſſe corpus naturale, eſt vere natura, decreto Ariſtotelis; cui [u] forma dicitur eſſe magis Natura, quam materia, quia per formam res dicuntur & ſunt naturales actu, per materiam poteſtate tantum; nam vnumquodque magis eſt tale, quando eſt actu tale; minus quando poteſtate: Sed Deus vt Primus-Motor, eſt id, cuius participatione conſtituitur in eſſe Mundus, ac Vniuerſum, quod eſt corpus naturale: Primus-



o 2. de an. t. 24. 8. phyſ. t. 27. 3. de an. t. 42 & ſeqq.
p 2. de an t. 2. & ſeqq.
q 3. phyſ. t. 62. 4. phyſ. t. 35.
r 7. eudē. cap. 18.
ſ 2. phyſ t. 2. 1. cæl. t. 5. & ſeq.
t 2. phyſ. t. 10. et ſeqq.
u 2. phyſ. t. 12.

Motor ergo Deus eſt vere, ac proprie Natura. Porro Deum ſub ratione Primi-Mouentis eſſe id cuius participatione conſtituitur in eſſe Mundus, vt eſt corpus naturale, conſtat ex eo, tum quod ab Ariſtotele Mundus vt corpus naturale [x] definitur eſſe ordo & digeſtio Vniuerſorum, quę a Deo, & per Deum aſſeruantur: tum quod Philoſophus Deum ſub ratione Primi-Mouentis [y] comperit non alia ratione nisi quia Mundus a ſemetipſo mobilis ſecundum omnes ſui partes integrales, eſſentiam habet conſtitutam ex parte mota, quæ eſt omnis corporea ſubſtantia ſenſibilis, & ex parte mouente immobili; quæ Primũ-Mouens dicitur; & eſt forma conſtituens in eſſe totum compoſitum, quod a ſeipſo mouetur: tum quod ablato Deo, Mundus non conſiſteret, nec illius [z] ordo. Vltimo quies corporis naturalis in proprio loco prouenit ab ea ſolummodo cauſſa, quæ forma eſt corporis quieſcentis, & vere Natura; forma quidem, quia materia nullum locum determinat ſuo compoſito; quum ipſa ſit indifferens de ſe, ac indeterminata ad omnem locum: Natura vero, quia cauſſa quietis naturalis eſt ſola Natura, vt ait [a] Ariſtoteles: verum Mundus totus, ac vniuerſum ſemper quieſcit ſecundum ſe totum naturaliter in eodem loco; & hanc ſui quietem ſibi habet ab immobilitate Dei, vt Primum-Mouens eſt; verba Magiſtri placitũ hoc aſſerentia clariſſima ſunt, [b] *Quare, ſi neceſſe eſt quidem continue eſſe motum; eſſe quid oportet primum mouens immobile, & non ſecundum accidens ſi futurum eſt (vt diximus) in ijs, quæ ſunt, vt ſit inceſſabilis quidam, & immortalis motus; & manere ens ipſum in ſeipſo, & in eodem: principio enim manente, neceſſe*

x de Mũdo ca. 2.

y 8. phyſ. t. 34. & ſeqq.

z 1. meta. ſu. 2. c. 2.

a 2. phyſ. t. 23.

b 8. phyſ. t. 52.

A *ceſſe eſt omne manere, continuum exiſtens ad principiũ.* Sic igitur *D*eus quia immobilitate ſua eſt cauſsa quare *M*undus totus maneat ſemper in eodem loco naturali quiete; ideo eſt vere proprieque Natura.

*Primo-Mouenti Deo proprie conuenire definitionem vere* N*atura, a Phyſico promulgatam.*

*Cap. XI.*

NOn ſolum autem *D*eus vt Primus-*M*otor, eſt vere Natura, quia eſt tum cauſſa efficiens rerum B omnium naturaliũ, vt ait Ariſtoteles,[a] Natura parens & autor omnium; tum finis, cuius[b] gratia omnia agunt quæcumque agunt ſecundum naturam, & in quem omnia naturalia entia ſunt[c] ordinata; tum forma Vniuerſi; & anima *M*undi quatenus eſt corpus naturale; quæ omnia late nuper oſtendimus: Verum etiam quia Primo-*M*ouenti *D*eo proprie cõuenit ac exactiſsime definitio *N*aturæ, quam Ariſtoteles attulit, aſſerens[d] Naturam eſſe principium primum, & cauſsam mouendi, & quieſcendi per ſe, in quo eſt non ſecundum accidens; etenim ſummo C *D*eo, prout eſt Primum-*M*ouens immobile, plane conueniunt hęc attributa ſingula: certe *D*eum eſse primum principium; vltro confitentur omnes, quicumque norunt eum eſſe primum motorem; & aperte conteſtatur id Ariſtoteles, vbi[e] decernit contemplationem notitiamque de motus æternitate conferre maxime ad methodum de primo principio: eſt autem *D*eus primum principium & ordine ſimul & dignitate; ordine quidem, quia eſt ſupremum omnium principium, nullum aliud principium habens ante

[a] 1. de part. c. 5.
[b] 2. de an. t. 34.
[c] 12. meta. t. 52. & ſeqq.
[d] 2. phy. t. 3.
[e] 8. phyſ. t. 3.

ante ſe: dignitate vero, quia principium eſt primarium, ac principale, non autem ſecundarium, ac inſtrumentale. Deum vero cauſsam eſſe motus, notiſſimum eſt apud Ariſtotelem ex traditis antea, vbi fuſe demonſtratum eſt, Deum eſse cauſsam tum effectricem communiſſimam omnium motuum phyſiſicorum, quicumque in mundo fiunt, ac ſpeciatim motus æterni generatim ſumpti; nam quælibet Intelligentia infra Deum cauſſa eſt effectrix motus vnius tantum æterni, qui circularis in cęlo ſpectatur: tum etiam cauſsam finalem omnium motuum *f* naturalium; de qua vna cauſſa effectrice ſuprema motuum omnium egit Ariſtoteles inquiens ab ea in motu ciendo pendere omnia mouentia cetera, etiam immobilia, his notis, *g Manifeſtum eſt igitur, quod quamuis decies millies aliqua principia immobiliũ quidem, mouentium autem, & multa eorum, quæ ipſa ſeipſa mouent, corrumpantur, alia vero inſuper generentur; & hoc quidem immobile exiſtens hoc mouet, alterum autem hoc; at nihilominus aliquid eſse, quod continet: & hoc præter vnumquodque eſſe id, quod eſt cauſſa vt alia quidem ſint, alia vero non, & continuæ mutationis: & hoc quidem his, hæc autem alijs cauſſa motus ſint*: quia Deus eſt cauſsa motus Intelligẽtijs ſecũdis, hæ mouẽtibus noſtratibus immediate, quoniã Intelligẽtiæ ſecuudæ a ſummo Deo depẽdẽt in motu circulari efficiendo velut ab agente gubernante proximo; ac etiam velut a *h* fine: ſubcæleſtia vero mouentia cũcta naturalia ſuis in motibus phyſicis promouendis itidem dependent & ab Intelligentijs ſecundis, cõſimiliter vt ab efficiente cauſſa *i* gubernante; ſed a prima Intelligẽtia, quę ſummus Deus eſt, vt ab efficiente

f 2. de an. t. 34.

g 8. phyſ. t. 47.

h 12. met. t. 36.

i 1. met. ſu. 1. c. 2.

A ciente communiſſimo cuncta [k] gubernante, [l] conſeruanteque; nec non vt a cauſsa [m] finali ſuprema reru omnium, omniumque motuum. Deum itidem eſse cauſ m quietis naturalis Vniuerſi Mundi ſemper in eod n loco manentis, apertum eſt; mundus enim totus, cuius partes integrantes aſſidue loco mouentur, ſemper quieſcit immotus, quia Deus illum cōtinens ac regens, ceu prima Mundi [n] forma, ſemper immotus immobiliſque Motor permanet; nam qua motor eſt, mouet [o] phyſice omnes mundi partes mobiles; qua immobilis eſt, quieſcere facit mundum totum ſemper in eodem loco; quod clare nos edo-
B cuit Ariſtoteles aſſerēs, [p] *Ex quibus credere licet quod ſi quid eſt immobilium quidem, mouentium autem, & ipſorum quæ mouentur ſecundum accidens, impoſſibile eſt continuo motu mouere. Quare ſi neceſſe eſt quidem cōtinue eſse motum, eſſe quid oportet primum mouens immobile, & non ſecundum accidens, ſi futurum ſit (vt diximus) in ijs, quæ natura ſunt, vt ſit inceſsabilis quidam, & immortalis motus; & manere ens ipſum in ſeipſos, & in eodem; principio enim manente, neceſſe eſt & omne manere, continuum exiſtens ad principium.* Cu-
C ius poſtremi dicti difficilioris ſenſus duplex eſt, vterque verus, & pendens ab eadem cauſſa: Vnus quidē eſt, Oportere *ens ipſum*, nimirum id omne, quod eſt, adeoque Vniuerſum, vt quid conſtitutum ex omni corpore ſenſibili [q] naturali, velut ex materia, & ex ſummo Deo, veluti prima [r] forma Mundum totum [ſ] complente; *manere in ſeipſo*, quoniam extra ſe locum, aut corpus non habeat [t] vllum, in quo valeat eſse; & quia nullius prorſus indigeat, ſed ſibimet ipſi ſufficiat; quod aperte monet alibi Magiſter inquiens

k 12. me. t. 56.
l 12. met. t. 38.
1. cæl. t. 100.
m 2. de an. t. 34
12. meta. t. 52. 53.
n 12. met t. 49.
o 2. phyſ. t. 73.
12. meta. t. 24
p 8. phy. t. 52.
q 1 cæl. t. 95.
r 12. met t. 49.
ſ 2. de gē. t. 59.
t 1. cæl. t. 100.

u 7. polit cap. 5.

quiens,[u] *Deum*, & *Mundum* totum in eo conuenire, vt vterque bene ſe habeat, ſibique ſufficiat, quia ijs vtriſque non ſunt actiones externæ præter proprias ipſorum: *& in eodem*, ſcilicet in Primo-Mouente immobili Deo, in quo rationem formæ, cuius proprium eſt[x] continere, obtinente res eſſe monuit[y] alibi Magiſter. Alter vero ſenſus eſt, Oportere *Ens ipſum*, Deum ſcilicet, qui eſt ens per eſſentiam, quum alia cuncta ſint entia per participationem; *manere in ſeipſo*; quo nomine dicitur ens abſtractum, & mẽs ſeparata, quia eſt a ſeipſo, independes ab alio: *& in eodem*, ſcilicet in[z] Mundo, ſemper[a] eodem exiſtente, de ſententia Philoſophi, etſi quoad partes elementarias aſſidue mutetur: in Vniuerſo autem Deus eſt vt[b] forma in compoſito, vt motor in eo quod mouetur a[c] ſeipſo, & vt pars[d] eſſentialis in toto: & hoc, quia *manente principio, neceſſe eſt & omne manere, cõtinuum exiſtens ad principium*. Ex quibus apparet, *Deum* ſub ratione Primi-Motoris immobilis, qua Primus eſt, eſſe cauſſam motus, qui generatim fit in ſingulis mundi partibus ſenſibilibus; & qua immobilis eſt, eſſe cauſſam quietis, qua totus Mundus ſemper manet in ſeipſo, & in Deo: quorum effectuũ motus per ſe a Primo-*Mouente* pendet, ac per ſe ſingulis in *Mundi* partibus efficitur: quies vero totius *Mundi* a Primi-Mouentis immobilitate per ſe depẽdet; ac per ſe competit Vniuerſo, quatenus eſt totũ quid conſtitutum in eſſe per formam penitus immobilem. Sic itaque *Deus*, vt primum-mouens immobile, eſt principium primum, & cauſſa mouendi, & quieſcendi per ſe. Addimus & nunc, *in eo, in quo eſt non ſecundum accidens*: Sane motus, & quies a *Deo*,

x 3. phyſ. t. 67. 4. phyſ. t. 35. 4. cæl. t. 35.
y 4. phyſ. t. 23.
z 7. eudem. ca. 18.
a 4. meta. t. 23. 1. meta. ta. ſu. 2. c.
b 12. meta. 49.
c c. 8. phyſic. t. 34. et ſeqq.
d de mundi. cap. 7.

A B C

vt a

A vt a Primo-Mouente immobili, fiunt in Mundo; motus in partibus, quies in toto: Deus autem ſimul eſt in toto Mundo, & in ſingulis Mundi partibus; eſt quidem in toto decretis Ariſtotelis, cui tum [e] *Deus eſt in Vniuerſo*; tum [f] oportet *manere ens ipſum in ſeipſo, & in eodem*, vt nuper vidimus; quia Deus, quatenus eſt ens independens, in ſeipſo manet, atque a Metaphyſico ſub hac ratione dicitur ens abſtractum, & intellectus ſeparatus: at quatenus eſt Primum-Mouens immobile, eſt in Vniuerſo tum vt pars [g] formalis eius, quod mouetur a ſeipſo ſecundũ
B partes integrales omnes; tum vt prima [h] forma in compoſito naturali: Sed & eidem [i] Ariſtoteli Diuinus Intellectus ita eſt in tota natura rerum, quæ Mũdus appellatur, vt intellectus humanus in homine; laudat enim Anaxagoram, *qui vt in animalibus, ita in Natura intellectum ineſſe cauſſam mundi, totiuſque ordinis dixerat*: Verum in animalibus rationalibus, quæ homines ſunt, intellectus non ſibi determinat vnam partem corporis, aſt in toto ineſt humano corpore, ac in ſingulis eius particulis, vt ait [K] Ariſtoteles, & nos latius oſtendimus in opere noſtro de [l] A-
C nimarum coextenſione corpori: Deus igitur, vt Primum mouens immobile, ineſt in toto Mundo, & in ſingulis mundi partibus. Præterea Philoſophus inquit, [m] *Quamobrem viliorum animalium diſputationẽ, perpenſionemque faſtidio puerili quodam ſpreuiſſe, moleſteque tuliſſe, dignum nequaquam eſt; quum nulla res ſit Naturæ, in qua non mirandum aliquid inditum habeatur: & quod Heraclitum dixiße ferunt ad eos, qui quum alloqui eum vellent, quod forte in caſa furnaria quadam caloris gratia ſedentem vidißent, accedere*

*Q tem-*

[e] 7. eud. cap. 18.
[f] 8. phy. t. 52.
[g] 8. phy. t. 40. & ſeqq.
[h] 12. met t. 49.
[i] 1. met. ſu. 2. c. 2.
[K] 1. de an t. 92.
[l] lib. 1. c. 26. & ſeqq. & lib. 2. c. 1. & ſeq.
[m] 1. de part. c. 5.

Digitized by Google

A temperarunt; ingredi enim eos fidenter iuſſit, quoniam, inquit, ne huic quidem loco Dij deſunt immortales: hoc idem in indaganda quoque natura animantium faciendum eſt: aggredi enim quæque ſine vllo pudore debemus, quum in omnibus Naturæ numen, & honeſtum, pulchrumque inſit ingenium. Ex quo loco clare colligimus, non ſolum Deum, qui Numen eſt, ineſſe in rebus Mundi ſingulis; verum etiam, Deum, qui Primus-Motor eſt immobilis, eſſe Naturam. Inſuper & in Eudemijs præclara legitur hęc Ariſtotelis ſententia, n *Quod perinde eſt, ac ſi principium motus in* B *anima quid ſit, inquiratur: patet autem ſic eſſe, quemadmodum in Vniuerſo eſt Deus, & viciſſim cuncta in illo: mouentur enim omnia ab inexiſtente in nobis Numine:* Quæ mire conſentiunt alibi dictis ab o Ariſtotele, nuper explicatis: Ac ſane ſi patet Deum ſub ratione Primi-Mouentis perinde eſſe in Vniuerſo, vt ineſt anima in nobis; quum anima ſit in nobis vt forma in compoſito, vt pars in toto eſſentiali, vt motor in eo quod mouetur a ſeipſo; ac ita ſit in toto, vt inſit etiam in ſingulis partibus: dubio procul ex Ariſtotele Deus, vt Primus-Motor, eſt in Vniuerſo ceu p forma in compoſito naturali, ceu pars q in eo C quod mouetur a ſeipſo; & ita in toto Mundo, vt ſit etiam in r ſingulis mundi partibus. Sique viciſſim omnia ſunt in Deo; iam Deus eſt tum omnium forma communis ac prima; quia proprium formæ eſt ſ continere: tum etiam Primum-Mouens; nam in Primo-Mouente ſtatuit Ariſtoteles ineſſe res mobiles, inquiens, t *Poſt hæc autem accipiendum eſt quot modis aliud in alio eſt.* u *Vno igitur modo, vt digitus in manu, & omnino pars in toto. Alio vero vt totum in parti-*

n 7. Eud cap. 18.
o 8. phyſ. t. 52.
p 12. met. t. 49.
q 8. phyſ. t. 46 & ſeqq. & de mūd. cap. 7.
r 1. de par. c. 5.
ſ 3. phyſ t. 67.
t 4. phyſ t. 24.
u tex. 23.

A *partibus; non enim eſt præter partes totum. Alio autẽ modo, vt homo in animali, & omnino vt ſpecies in genere. Alio autem, vt genus in ſpecie, & omnino pars ſpeciei in ſpeciei ratione. Amplius vt ſanitas in calidis, frigidis, & omnino vt forma in materia.* ( Quo nomine dicitur ab Ariſtotele Primum-Mouens eſſe in corpore [x] circulari, quod eſt materia mobilis.) *Amplius, vt in Rege Græcorum res, & omnino in Primo-Mouente.* (ſic in Deo cuncta [y] nuper dicta ſunt eſſe) *Amplius, vt in ipſo bono, & omnino in ipſo fine; hoc autẽ eſt id, cuius cauſſa:* & ita pariter omnia ſunt in Deo, qui [z] finis eſt omnium. B Si demum omnia mouentur ab inexiſtente in nobis Numine, vt ait [a] Ariſtoteles; plane conſtat, Deum ſub ratione Mouentis ita eſſe in alijs rebus Mundanis, quemadmodum & in nobis; qui ſumus [b] minima pars eorum mobiliũ, quæ in Vniuerſo reperiũtur, vt inquit Philoſophus, nempe ſpecies vna ſpecialiſſima. Sic itaque Deus, vt Primum-Mouens immobile, Ariſtoteli eſt in ſingulis Mundi partibus, quas mouet; atque in toto Mundo, quem naturaliter quieſcere facit ſemper in eodem loco, ſiue potius in ſeipſo; nam mundus extra ſe locum non habet vllum, [c] in quo contineatur. C Quam ſententiam in Ariſtotele nouit etiam Auerroes; ait enim, [d] *Et ſunt, ſicut diximus, duæ propoſitiones: quarum vna eſt, quod omne motum habet motorem: ſecunda eſt, quod omnia, quæ mouentur in loco, reducuntur ad rem motam per principium exiſtens in ea non motum omnino.* Ceterum Primus-Motor immobilis Deus & in toto Mundo, & in ſingulis mundi partibus ineſt non ſecundum accidens, ſed per ſe; quia forma [e] prima, Deus Optimus, & vniuerſa mũ-

x 8. phy. t. 84.
y 7. Eud cap. 18.
z 2. de an. t. 34.
1. meta. t. 52. & 53.
a 7. eudem. c. 18.
b 2. de an. t. 52.
c 1. cæl. t. 99. 100
d 8. phy com. t. 27
e 12. met t. 49.

[f 1.cæl.t. 95.] di^f^ materia, corpus naturale ſenſibile, conſtituunt Vniuerſum^g^ Mundum, qui eſt corpus vnum per ſe [g de Mūd cap. 7.] vnitate ſpeciei, & numeri; vt ait ^h^ Ariſtoteles: & [h 12.me. t. 49.] quia Deus non accidit Mundi partibus; ſed illas vt [i 2.de gē. t. 59.] cauſſa prima perficit, ^i^ complet, ^K^ conſeruat, regit intime, ac optime ^l^ gubernat per ſe; non quia Deus [K de mū. cap. 7.] dependeat a rebus, ſed viciſſim quia res ipſę per ſe [l 12.met t. 56.] dependent a *Primo-Mouente* immobili Deo, vt dicebat Ariſtoteles; cui non ſolum, ^m^ Ab immortali [m 1. cæl. t. 100.] & diuino illo principio motus, quod eſt cauſſa finalis totius cęli, pendet rebus omnibus alijs eſſe & viuere, his quidem exactius, his autem obſcurius: ſed etiam, A ^n^ tali principio, quod eſt primum mo- [n 12. me. t. 38.] uens immobile, tum cælum, tum natura dependet. Ita ergo Deus, vt Primum-Mouens immobile, eſt principium primum, & cauſſa mouendi & quieſcendi per ſe, in quo eſt non ſecundum accidens: at ex [o 2. phyſ. t. 3.] allata definitione ab ^o^ Ariſtotele habemus, quod omne principium primum, & cauſſa mouendi & quięſcendi per ſe, in quo eſt non ſecundum accidens, eſt vere proprieque Natura; nam definitio quælibet cum ſuo definito conuertitur: ergo Primus-Motor immobilis, qui Deus eſt, vere ac proprie Natura eſt. Addenda nunc eſt alia ratio petita ex quiete Mundi totius; nam quies naturalis per ſe conueniens corpori naturali, non poteſt ei competere niſi a Natura; vt conſtat ex allata definitione, qua dicitur Natura eſſe principium primum, mouendi & quieſcendi per ſe, in quo eſt non ſecundum accidẽs: atvero Mundus totus eſt corpus naturale, quod phyſice ſemper quieſcit in ſe manens, nec ad alium locum pergens; quam quietem non aliunde ſortitur,

A

B

C

niſi

A nisi a Primo-Motore immobili, quod in ſe manẽs, cauſſa eſt vt Mundus totus illi, tamquam ſuo principio manenti continuus, hoc eſt eſſentialiter copulatus, ſeu immediate coniunctus, maneat pariter immotus, & quieſcat ſemper quiete naturali; vt latius paullo antea nouimus ex [p] Ariſtotele: Primus ergo Motor immobilis Deus eſt vere ac proprie Natura. [p 8. phyſ. t. 52.] Denique non eſt omittendum, Ariſtotelem ab initio tertij Phyſicorum ſibi proponere inueſtigandũ quid [q] ſit motus vniuerſim per illius definitionem, ac diligenter tractandum de Motu, & omnibus ad [q 3. phy. t. 1.] B motum attinentibus, in gratiam Naturæ, quam tũc adhuc ignorato motu ſcribit neceſſario ignorari: Sed accurata hęc motus contemplatio ab initio tertij Phyſicorum, vſque ad partem octaui culta, ſpeciatimque motus [r] definitio ab Ariſtotele proponitur in gratiam Primi-Mouentis immobilis Dei, qui [r 8. phyſ. t. 3. 4.] eſt cauſſa motus in vniuerſum: igitur Deus, vt Primus-Motor immobilis, Ariſtoteli eſt vere proprieque Natura; cuius propterea conſideratio pertinet ad Naturalem Philoſophum.

C *Deum eſſe Naturam, Claſſici Doctores, & ſummi Theologi profitentes, propoſitam ſententiam mirifice firmant. Cap. XII.*

NEQVE vero putandum eſt, opinionem propoſitam de Natura Primo-Mouente, ſiue de eo quod eſt Primũ-Motorem, ſpeciatimque Deum qua Primum-Mouens eſt, eſſe vere Naturam, non habuiſſe viros inſignes, ſummoſque Theologos, ac Doctores Claſſicos, qui eam excoluerint; nam Abulenſis

primum

Digitized by Google

a Geneſ. cap. 13. qu. 292. b 4. de Beneſic. cap. 7. c 2. nat. qu c. 45 d 1. de Nat. De. e lib. 2. c. 7. f. f exer. 278. g 2. phyſ. com. t. 86. h 2. cæl. com. t. 56. i cap. 9. K 1. 2 q 67. ar. 1. in C. l cap. 9. cir. prin.

primum ait, [a] feminam eſſe intentam a Natura, ſi Natura accipiatur pro Deo, naturarum omnium inſtitutore, & principe. Seneca dein aſſerit, [b] *Quid aliud eſt Natura, quam Deus, & Diuina ratio, toti Mũdo & partibus eius inſerta?* & alibi, *Cuſtodem rectoremque Vniuerſi, animum ac ſpiritum, mundani huius operis dominum & artificem. Vis illum Naturam vocare? non peccabis.* Marcus Tullius deinde fatetur, quod [d] *Naturæ numini Diuino parent omnes.* Omitto Plinium, (cui [e] *Per quæ declaratur haud dubie Naturæ potentia, idque eſſe quod Deum vocamus*) hoc verum de Deo effluxit e calamo: Sed ad pios autores pergo, redeoque. Scaliger ſenior deinceps [f] infit, *Siccine, Cardane, Deum (nam quid aliud Natura eſt?) inopem facis, vt e ſuis infinitis theſauris, homini quas depromeret, alas non habuerit, ſi ei opus eſſe iudicaſſet?* Diuus Thomas autem pluribus in locis hanc ſentẽtiam collaudat, in primis enim ait alicubi, [g] *Natura nihil aliud eſt, quam ratio cuiuſdam artis, ſcilicet Diuinæ, indita rebus, qua ipſæ res mouentur ad finem determinatum.* Dein alibi clarius, vbi declarat Ariſtotelem dicentem, quod Natura prouidentiam habet rerum ſubcæleſtium, Naturę nomine cum Alexandro ait ab Ariſtotele Deum intelligi, non autem virtutem corporalem; vt notauimus [i] antea. Deinde clariſſime Theologus agens, [K] infit, *Reſpondeo dicendum, quod ſicut Auguſtinus dicit in 14. [l] de Trinit. Tullius poſuit poſt hanc vitam quatuor virtutes Cardinales non eſſe: ſed in alia vita homines eſſe beatos ſola cognitione Naturæ in qua nihil eſt melius, aut amabilius, vt Auguſtinus dicit ibidem) ea ſcilicet Natura, quæ creauit omnes naturas.* Ceterũ

quum

A quum Natura ſit cauſſa efficiens rerum omnium naturalium, Ariſtotelis m teſtimonio; quumque cauſſarum res naturales efficientium, aliæ ſint ſingulares, aliæ vniuerſales; & aliæ dependentes, aliæ independentes; & alia prima, aliæ ſecundæ; propterea quum Natura, quę cauſſa eſt effectuum naturalium ſingularis, dependens, & ſecunda, dicatur ab n Auerroe Natura naturata; ſenioribus Interpretibus Ariſtotelis non ita Latine ſcribentibus occaſionem prębuit Commentator, illo æuo maximæ autoritatis, appellandi Naturam Naturantem Summum Deum, quatenus eſt cauſſa prima, independens, in-B creata, & vniuerſalis rerum omnium effectrix, conſeruatrix, & gubernatrix: quo nomine Petrus Bergomenſis inter Diui Thomæ ſectatores homo plane doctus ait, o *Natura dicitur dupliciter ſecundum aliquos, ſcilicet Natura naturans, ideſt Deus ordinans naturas omnium, ſiue autor Naturæ, vel qui creauit omnes naturas; vt inſtrumentum eius*. Verum & ipſemet Diuus Thomas Deo ſummo Naturæ increatæ nomen attribuere videtur aperte, dum ait, p *Miraculum eſt præter ordinem totius naturæ creatæ: Deus igitur quum ſolus ſit non creatura, ſolus etiam virtute pro-*C *pria miracula facere poteſt*. & mox. *Ex hoc ergo aliquid dicitur eſſe miraculum, quod ſit præter ordinem totius naturæ creatæ: hoc autem non poteſt facere, niſi Deus*: dum ergo non dicit, miracula fieri præter ordinem naturæ ſimpliciter, ſed ſemper ait ea fieri pręter ordinem naturæ creatæ, clare ſupponit eſſe proprie dictam quamdam Naturam increatam, quæ Deus eſt. Ita ergo ſatis apparet Primum Motorem Deum eſſe vere proprieque Naturam apud Ariſtot.

Deum

m 2. phy. t. 1. 1 de par cap. 5.

n 1. cæl. t. com. 2.

o Ind. 3. D. Thom n. 7.

p 1. p. q. 110. art. 1

*Deum Optimum, quatenus Primum-Mouens eſt, ab Ariſtotele dici, ponique proprie Naturam.*
*Cap. XIII.*

A

DEnique vero quid ad Ariſtotelis Interpretes appellamus in propoſito ? nonne Magiſter ipſe, qui nobis hanc Meditationem aperuit iam tot argumentis, eamdem claudere poteſt ? perſpicuis etenim verbis aſſerit Primum-Mouens immobile, quod primum eſt immobilium, & alijs principium motus, eſſe Naturam, dum talia fatur, [a] *Si igitur perpetuus motus eſt, perpetuum erit & mouens primum, ſi vnum eſt: ſin vero plura, plura perpetua. Vnum autē magis quam multa, & finita quam infinita oportet exiſtimare: Eiſdem enim accidentibus ſemper finita magis accipere oportet; in ijs enim, quæ natura ſunt, oportet finitum, & id quod melius eſt, ſi contingit, eſſe magis: ſufficiens autem eſt, etiam ſi vnum, quod quum primum immobilium perpetuum ſit, erit alijs principium motus.* Quo loco luce meridiana clarius eſt, Primum-Mouens immobile, immo vero Primorum-Mouentium immobilium Primum, quod alijs eſt principiū motus, adeoque Primum-Motorem Deum, numerari ab Ariſtotele inter ea, quæ natura ſunt, dum ipſe probat, Primum-Mouens immobile potius eſſe vnū quam multa, & finita quam infinita, quia in ijs, quæ natura ſunt, oportet finitum, & id quod melius eſt eſſe magis: alioqui nullius momenti foret hæc ratio Magiſtri, ſi Primus-Motor non eſſet in ijs, quæ natura ſunt; hoc enim ſolo dogmate nititur conſequētia enthimematis Ariſtotelici. Ceterum aliquid in ijs, quæ natura ſunt, eſſe poteſt bifariam, vel quia

B

C

a 8. phyſ. t. 48.

ſit

A ſit quid naturale, phyſicumque, dependens a Natura; vti conſtat ex Ariſtotele iudicum conſtituente quod [b] *Eorum, quæ ſunt, alia quidem ſunt natura, alia vero propter alias cauſſas: Natura quidem ſunt & animalia, & partes ipſorum, & plantæ, & ſimplicia corpora, vt terra, & ignis, & aer, & aqua: hæc enim, & huiuſmodi natura eſſe dicimus. Omnia autem, quæ dicta ſunt, videntur differentia ab iis, quæ non natura exiſtunt: quæ enim natura ſunt, omnia videntur habere in ſeipſis principium motus & ſtatus*. Quæ mox appellantur ab [c] Ariſtotele, habentia naturam, ſecundum B naturam, & a natura: vel aliquid eſt in ijs, quæ natura ſunt, quia illi ſit aliqua Natura ex earum numero, quæ pertinent ad Phyſicum, & vere ac proprie Naturæ ſunt: modo Primum-Mouens immobile non ponitur allato [d] loco ab Ariſtotele in ijs, quæ Natura, quia ſit naturale quid, ac phyſicum a natura dependens; etenim Ariſtoteles ipſe multo prius [e] admonuerat, Primum-Mouens, etſi phyſice moueat, non tamen eſſe phyſicum, nec habere in ſe principium motus, vt ea, quæ priori ſenſu dicta ſunt eſſe [f] natura: verba Philoſophi clariſſima ſunt; C ait enim, [g] *Duplicia autem ſunt principia mouentia phyſice; quorum alterum non phyſicum eſt; non enim habet motus principium in ſeiſpo; tale autem eſt, ſi aliquid mouet, quod non mouetur; vt id, quod penitus eſt immobile, & quod omnium primum eſt*: Reliquum eſt igitur vt Ariſtoteles ideo ponat Primũ-Mouens in ijs, quæ Natura ſunt, quia cenſet Primum-Mouens eſſe vere proprieque Naturam. Et ſane ratio ſic aliter efformari poterit, Primus-Motor Deus, qua Motor eſt, trifariam ad Naturam referri po-

b 2. phyſ. t. 1.

c 2. phyſ. t. 4. & 5.

d 8. phy. t. 48.

e 2. phyſ. t. 73.

f 2. phyſ. t. 1.

g 2. phyſ. t. 73.



Digitized by Google

ri poteſt; vel vt ſit ſupra naturam, vel vt ſit natura, vel vt ſit infra naturam, ſeu dependens a natura; certe Deus vt motor primus non eſt infra Naturam ab ea dependens; tum quia non eſt [h] phyſicum quid, cuiuſmodi eſt omne dependens a Natura, ſeu id ſit corpus [i] phyſicum, ſeu ſit affectio vel [k] operatio phyſica: tum quia viciſſim Ariſtoteli dicitur Primum-Mouens immobile eſſe principium a quo natura ſub cælo [l] dependet: Neque vero Deus, vt Primus-Motor, eſt quid ſupra Naturam; quoniam Ariſtoteles perſpicuis verbis Primum-Motorem hunc immobilem [m] ponit ijs, quę natura ſunt, non autem in ijs, quæ ſupra naturam ſunt: igitur neceſſario colligẽdum eſt ex Ariſtotele, Primum-Motorem Deum eſſe vere proprieque Naturam. Quod nobis propoſitum fuit in hoc opere demonſtrare, defendentibus noſtrum primum theorema, vellicatum a Viro florenti; cuius obiectiones in ſequenti libro diluemus.

h 2. phy. t. 73.
i 2. phyſ. t. 4.
K 2. phy. t. 5.
l 12. met. t. 38.
m 8. phy t. 48.

FOR-

A

# FORTVNII LICETI DE NATVRA PRIMO-MOVENTE LIBER SECVNDVS:

*In quo diluuntur argumenta, quibus oſtendi videtur, Primum-Motorem immobilem omnino, non eſſe vere ac proprie Naturam.*

B

*Præfatio manifeſtans in quibus Primis Motoribus concedatur paſſim ratio Naturæ proprie dicta, in quibus non. Cap. I.*

QVVM in ſuperiori libro ſat ſuperque confirmauerimus ex Ariſtotele, quatuor eſſe res, quibus conuenit nomẽ & ratio Primi-Mouentis immobilis ab alio; nempe Cauſſa finalis generatim ſumpta, Cælum ſiue Mundus, Intelligentia ſe- (C) cunda quęuis orbi cæleſti appropriata, & Deus ipſe ſummus Vniuerſum continens ac regens: oſtendereque conati fuerimus in Peripato, ſingulum horũ Mouentium immobilium, adeoque Primum-Motorem immobilem abſolute ſumptum, eſſe vere proprieque Naturam, quę a Phyſico conſiderari debeat ex officio: Vt de duobus prioribus Primo-Mouentibus, Fine ſcilicet, ac Cęlo Mundoue, nulla dubitatio proponitur quin debeant dici Naturæ, atque ad

Phyſiologum attinere: Sic de duobus alijs poſterius explicatis, Intelligentia nimirum Sphæris ętthereis infra *Deum* appropriata, & Supremo *Deo* totū Mundum regente, multæ difficultates afferuntur a Viro docto, alięque pręterea proponi poſſunt forte validiores, quibus conuinci videtur neutrum horū Primo-Mouentium penitus immobilium eſſe vere Naturam, ſed quid ſupra Naturam, ac omnino quid a Natura longe diuerſum. Quoniam vero ad exactam propoſiti theoriam non ſatis eſt, propriam ſententiam rationibus efficacibus communire, niſi quoque de medio tollantur, quæcunque ipſam perturbare, ac impugnare videntur; propterea noſtri muneris eſſe duximus, eas nunc difficultates eluere, quibus præclarus Florenſque vir ab hac ſententia dudū nobis comprobata recedere viſus eſt; inſuper & alias, quæ propoſito theorematì valde refragari videntur. A B

## *Non ideo conuinci Primo-Mouens non eſſe Naturam, quia Natura ſit forma inſeparabilis, at Primus-Motor ſeparabilis, ſiue ſeparatus; vnde tollitur prima difficultas.*

### CAP. II. C

IN primis eo ſe poſſe conuincere Primo-Motricem Intelligentiam non eſſe Naturā, exiſtimabat inſignis Floridusque vir quod Ariſtotelis decreto Natura eſt forma [a] inſeparabilis a materia: *Deus* vero ſummus, & Intelligentia ſecunda quælibet, quæ Primi-*M*ouentis nomine vere donatur, eſt forma ſeparabilis, immo vero penitus a materia ſeparata; quum

a 2. phy. t. 12.

Ariſto-

A Ariſtoteli dicatur eſſe ſine *b* magnitudine, & abſque materia. Conſtat igitur Primo-*M*ouens immobile, ſiue *D*eum accipias, ſiue ſecundam Intelligentiam quamlibet infra *D*eum Cælis *c* aſſiſtentem, non eſſe vere Naturam. *N*os autem ob hoc argumentũ, & alia conſimilia nunquam diſcedemus a ſententia prius tot tantiſque rationibus longe potioribus communita. Primum enim negare poſſumus audacter, Ariſtotelem arbitrari Naturam penitus omnem eſſe formam a materia reipſa prorſus inſeparabilem; quoniam Ariſtotelis dicto rationalis anima, ſiue principium intellectiuum in homine vere Natura eſt

B ac proprie *N*atura hominis; ait enim alicubi, *d Solus homo animalium omnium erectus eſt; quoniam eius natura, atque ſubſtantia diuina eſt; officium autem diuini eſt intelligere, atque ſapere.* Quin & quum Natura ſit forma, qua conſtituitur in eſſe compoſitum naturale, vt ait *e* Ariſtoteles; quum eidem Philoſopho conſtituatur in eſſe homo per animam rationalem, prout a vegetali, & a ſenſitrice contradiſtinguitur; inquit enim, *f Semina, & conceptus animalium viuunt nihilominus quam ſtirpes, & aliquandiu prolifica ſunt:*

C *ergo animam in ijs haberi vegetalem, palam eſt; ſed quā ob rem eam primum haberi neceſſe ſit, ex ijs, quæ alibi de anima diſſeruimus, apertum eſt; Senſualem etiam, qua animal eſt, tempore procedente recipi, & rationalem, qua homo, certum eſt.* Vnde liquet, animam rationalem eſſe proprie Naturam. Quod & alia ratione probatur, quoniam Ariſtoteles probaturus formam eſſe Naturam eodem argumento, quo prius Antipho confirmare conabatur *M*ateriam eſſe *N*aturam, quia foret generatiuum principium; ſiquidem lignum quod

*b* 8. phyſ. t. 78. & ſeqq.

*c* 12. met. t. 30 & ſeqq.

*d* 4. de part. cap 10.

*e* 2. phyſ. t. 12.

*f* 2. de gē. an. c. 3.

quod eſt materia lecti, defoſſum[g] germinaret lignum A
aſſumit formam hominis, cuius participatione homo generat hominem, dum infit,[b] *Amplius fit ex homine homo, ſed non lectus ex lecto; quapropter etiam dicunt figuram non eſſe naturam, ſed lignum; quoniam fiet vtique; ſi germinabit, non lectus, ſed lignum: ſi ergo hoc eſt ars, & forma eſt* Natura; *fit enim ex homine homo*: Quum homo generet hominem beneficio animæ ſuæ, quæ potiſſimum eſt anima rationalis; apud Diuum Thomam quidem, & alios pleroſque ſola, fungens officio ſenſitricis, & vegetantis; apud alios vero præcipua, quæ gubernat & vegetalem in ſuis B
muneribus quibuslibet peragendis; & ſenſitricem conſimiliter; vt nos[i] alibi fuſius oſtendimus ex Ecſtaticis. Ita ergo rationalis anima noſtra vere proprieque Natura dicenda eſt apud Ariſtotelem: Quũ autem eidem Ariſtoteli rationalis anima in homine ſit forma reipſa penitus[k] ſeparabilis a corpore, atque a materia, tamquam æternum a corruptibili, ad animæ ſenſitricis, vegetatiuęque differentiam; vt nos late probauimus in opere De Immortalitate Animæ rationalis: iam aperte patet, non omnem Naturam eſſe formam realiter inſeparabilem. Si ergo ratio- C
nalis anima, quum ſit reuera ſeparabilis, attamen eſt vere Natura; quid ni fuerit etiam vere Natura Primus-Motor immobilis, etſi concedatur eſſe forma reipſa ſeparabilis? Ad Ariſtotelis autoritatem, qua dicitur, *Quare alio modo Natura vtique erit habentiũ in ſeipſis motus principium, forma, & ſpecies non ſeparabilis exiſtens, niſi ſecundum rationem. Quod autem ex his, natura quidem non eſt, ſed a natura, vt homo; & magis natura hæc, quam materia; vnumquodque enim*

tunc

g 2. phy. t. 7.
h 2. phy. t. 13.
i 1. de im. an. c. 53.
3. de im. an. c. 82. & 89.
2. de his qui diu viu. fin. alim. cap. 199. & ſeqq
K 2. phy. t. 26.
2. de an. t. 21.
3. de an. t. 7.
l 2. phy. t. 12.

A *tunc dicitur, quum actu ſit magis, quam quum potentia* duo reſpondemus: vnum eſt, Ariſtotelem his non abſolute conſtituere, omnem formam, quæ natura ſit, eſſe realiter inſeparabilem a materia; vt obijcitur: ſed aperte, conſultoque duarum naturarum meminiſſe, ſub duabus illis notis, *forma, & ſpecies*; forma, inquit, quæ poteſt eſſe ſeparabilis; vt forma hominis, quem mox ait eſſe ex tali forma & materia conſtitutum: & *ſpecies*, addit, omnis infra humanam animam, non ſeparabilis exiſtens niſi ſecundum rationem, ſiue brutorum, plantarumue ſumpſeris animas, ſiue formas rerum inanimarum; quę formæ B non re, ſed ſola ratione ſunt ſeparabiles, non ſolum a Metaphyſico, qui conſiderat earum nudam entitatem abſtrahens a materia; ſed etiam a Phyſico, qui [m] diuerſa definitione definit formam, & longe alia materiam formę ſubſtratam: diſtinctumque [n] conceptum format de ſubſtantia formę, quam ait eſſe actum; & de ſubſtantia materiæ, quam inquit eſſe potentiam. Alterum eſt, quoniam aduerſus Antiquos, ponentes Naturam eſſe [o] ſolam materiam, [p] ponens Ariſtoteles Naturam etiam eſſe formam, & ſpeciem a C materia reipſa inſeparabilem; non tamen ideo dicit, ſolam ſpeciem a materia re non ſeparabilem eſſe Naturam: ſed qui ſemper a [q] confuſis & notioribus progreditur ad diſtincta & minus nota explicanda, ſat habuit [r] nunc agnouiſſe, præter materiam, eſſe Naturam etiam formam re inſeparabilem; poſtea probaturus eſſe quoque Naturam omnem formam re ſeparabilem, dummodo conſtituat in eſſe compoſitum corpus naturale, ac in eo ſit [ſ] principium motus, & quietis primum, per ſe, & non ſecundum accidens.

[m] 2. phy. t. 28.
[n] 2. de an. t. 2.
[o] 2. phy. t. 7. 9.
[p] 2. phy. t. 12.
[q] 1 phy. t. 3.
[r] 2. phy. t. 12.
[ſ] 2. phy. t. 3.

Quam

Digitized by Google

Quam theoriam euidentem habemus ab Ariſtotele talia ſcribente, [t] *Naturalis ſpeculatiua quædam profectò eſt: ſed ſpeculatiua circa tale ens, quod poſſibile moueri, & circa ſubſtantiam ſecundum rationem vt plurimum inſeparabilem ſolum eſt;* ſcilicet Scientia Naturalis eſt ſpeculatiua, verſaturque ſolum circa meditationem entis mobilis, quod eſt omne corpus naturale; & circa formam eſſentialem eiuſdem corporis naturalis, quæ propterea dicitur ſubſtantia ſecũdum rationem vt plurimum inſeparabilis; quia fere omnes formę corporum naturalium, vna excepta rationali anima, neceſſario materiam aſſumunt in ſui definitione; a qua materia vt dependent in eſse, ſic in operari, & in definiri; proindeque dicuntur inſeparabiles a materia ſecundum rationem, hoc eſt ſecundum definitionem; quo modo loquendi pridem vſus fuerat [u] Ariſtoteles; Quum igitur ponit formã ſubſtantialem rerum naturalium, quam omnem ſtatuit eſſe [x] Naturam, vt plurimum definitione, propterea que ſubſtantia inſeparabilem a materia; ſiquidem qualis eſt in propoſito rei definitio, talis eſt Ariſtoteli [y] rei ſubſtantia; cui definitio eſt ratio [z] ſubſtantiæ; iam aperte ſupponit, atque concedit, aliquã Naturam, circa quam per ſe verſatur Naturalis Philoſophia, ſeparabilem eſſe reipſa penitus a materia: proindeque ſeparabilitatem Primi-*Motoris* eum nõ extollere ſupra conditionem Naturæ, ipſumque non contradiſtinguere a Natura vere ac proprie dicta. Deinde vero dantes diſputationi, formam omnem, quę natura eſt, quatenus natura eſt, eſſe inſeparabilem, niſi ſecundum rationem, eo quia longe diuerſa ſit definitio formæ a definitione materiæ, licet materies

t 6. met. t. 1.
u 1. de an. t. 14. & ſeqq.
x 2. phyſ. t. 10. & ſeqq.
y 1. de an. t. 14. 15.
z præd. cap. 1.

A B C

A teries vtcumque ſumatur in eius formæ definitione; clare negamus, Primum-Mouens, qua mouens eſt æterno motu, atque adeo quatenus eſt Natura, eſſe reipſa ſeparabile; aut ſeparatum a materia, corporeue mobili; ſiquidem Ariſtoteli Primum-Mouens immobile pars eſt [a] interna eius, quod mouetur a ſeipſo; vt late [b] ſupra demonſtrauimus: ſique motum[c] perpetuum facere debet; ſemper eſſe debet mobili ſuo, quod corpus eſt, copulatum inſeparabiliter; nam in motu efficiendo Mouens neceſſario ſimul eſt cum mobili, non ab eo ſeparatum; vt ait Ariſtoteles, tum inquiens, [d] *Sed*
B *ab aliquo extrinſecus agente effici quæque, aut viſcera, aut alia membra, remotum a ratione videtur: fieri enim non poteſt, vt moueat quod non tangit, & quicquam ab eo, quod non moueat, afficiatur: igitur in ipſo conceptu aliquid iam ineſt, quod aut pars eius ſit, aut ſeorſum cõtineatur: ſed aliud quicquam eſſe abiunctum, irrationabile eſt.* Vnde nos edocet Mouens primum æterno motu prorſus eſſe inſeparabile a mobili, cuius eſt pars interna: tum aſſerens, [e] *Omne itaque, quod fertur, aut ipſum a ſeipſo mouetur, aut ab altero: ſi igitur a ſei-*
C *pſo, manifeſtum eſt, quod quum in ipſo mouens ſit, ſimul erit mouens, & quod mouetur; ineſt enim in ipſis primum mouens; quare nihil eſt intermedium.* Si ergo primũmouens æterno motu mouet; iam id neceſſario fuerit inſeparabile prorſus a materia mobili: & hoc, non quia dependeat a mobili; ſed viciſſim quia mobile dependet a Primo Mouente; vt docuit Ariſtoteles, aſſerens, [f] A tali principio, quod eſt primus motor immobilis, æterno motu mouens, tum cælum, tum natura dependet: etenim forma generatim duplici de

[a] 8.phyſ. t.40.& ſeqq.
[b] lib.1.c.8.& ſeqq.
[c] 8.phyſ. t.45.& ſeqq.
[d] 1 de gē. an.c.1.
[e] 7.phyſ. t.10.
[f] 12.met. t.38.

cauſſa materiæ copulatur; vel ratione ſui, vt ea innitatur, tamquam fulcimento, ſine quo nequeat exiſtere; qualis eſt omnis forma corruptibilis, a generãte traducta de poteſtate materiæ: vel ratione materiæ, vt eam compleat, perficiat, conſeruet, atque gubernet: Sane Primum-Mouens corpori mobili copulatur inſeparabiliter, non ratione ſui, quoniam eo innitatur, & indigeat ad exiſtendum; nam hac ratione dicitur Intellectus a materia ſeparatus, quum nullo pacto ab ea dependeat: ſed tamen Primus Motor neceſſario iungitur intime ſuo corpori mobili; quia tale corpus indiget perenni mouente, conſeruante, gubernante, complenteque ſe: proindeque Primum-Mouens immobile penitus etſi ſeparatum ſit a materia, cuius indigeat ad exiſtendum; non tamen eſt ſeparatum, nec ſeparabile realiter a materia, quam actuet, [g] compleat, conſeruet, ac moueat motu perpetuo. Ad primam negati dogmatis confirmationem, petitam ex Ariſtotele confirmante, Primum-Motorẽ eſſe [h] ſine magnitudine: Dicimus ibi Philoſophum oſtendere, Primum-Motorem eſſe ſine magnitudine, qua intrinſecus ipſe conſtituatur, adeo vt per illã fiat diuiſibilis quoquomodo; quum ſit penitus impartibilis: at non negare, Primum-Mouens eſſe in magnitudine mobili ſic, vt ex vtriſque fiat vnum totum, quod a ſeipſo moueatur, quod ab interno principio cieatur; nam viciſſim hoc affirmat aperte [i] ſæpius, vt pridem [k] obſeruauimus. Ad ſecundam itidem probationem, deſumptam ex Ariſtotele dicente, Intelligentias eſſe ſine materia, notamus etiam Philoſophũ aſſerere, Intelligentias eſſe ſine materia, qua conſtituantur intrinſecus, & a qua dependeant in eſſe: non autem

[g] 2. de gẽ. t. 59.

[h] 8. phyſ. t. 78. ſeq.

[i] 7. phyſ. t. 10. 8. phy. t. 45. & ſeq.

[k] lib. 1. cap. 8. & 12. 12. met. t. 30. & ſeqq.

Margin letters: A, B, C

A autem illis negare materiam, quam ſemper actuent, ac moueant: Quare cęleſtes Intelligentię ſunt ſeparatæ prorſus a materia ſuæ conſtitutionis; at ſunt in materia ſemper ſuæ actuationis, ſuęque motionis perennis ſuſceptiua. Sic itaque Primus-Motor eſt reipſa prorſus inſeparabilis a materia, non quoniam indigeat ipſe materiei; ſed viciſſim quia materia mobilis eo ſemper indiget ſibi coniuncto in formam actu mouentem; ſiue de Primo-Mouente Deo, motuū omnium communiſſimo principio loquamur, ſiue de Primo-Mouente Intellectu infra Deum cęleſtibus orbibus appropriato. Nec omittendum eſt, Primū-

B Motorem dici poſſe ſeparatum a materia mobili eo modo prorſus, quo cæleſte corpus ab Ariſtotele dicitur [m] ſeparatum ab omni corpore ſubcæleſti; proportionem ponit Ariſtoteles tum aſſerens, [n] Neceſſarium eſſe mundum elementarem continuum eſſe corpori cęleſti, vt omnis mundi ſubcæleſtis virtus a cæleſti gubernetur; quemadmodum ait ab vno Primo-Mouente omnia Mundi totius entia bene [o] gubernari; tū inquiens, corpora ſuperiora & continentia ſe habere ad inferiora & contenta, quæ ab illis aſſidue mouentur, & perficiuntur, vt [p] forma ad materiam; quo mo-

C do ſe ſe habet Primum-Mouens immobile ad ſuum corpus mobile; at vero cæleſtis mundus ab elementari ſeparatus eſt ſolum diuerſitate ſubſtantię, non loco medio interiecto; nam illi continuus eſt; vt conſtat ex [q] Ariſtotele: Primus ergo motor immobilis eſt ita prorſus inſeparabilis a materia mobili ſua, vt Cęleſtis Mundus ab elementario, quem ſemper mouet ac regit ſibi coniunctum inſeparabiliter. Non igitur ideo Primum-Mouens extra Naturæ rationem ponit

m 1 cæl t. 16.
n 1. me teo. c. 2
o 12. me t. 56.
p 2. de g t. 50.
q 1. m teo. ſu. cap. 2.

debet,quod hæc ſit inſeparabilis, illud ſeparabile, ſiue ſeparatum penitus a materia.

*Primum Motorem non ideo ſupra Naturæ conditionem prorſus extolli, quia non ſit forma in ſubiecto: vnde tollitur oppoſitio ſecunda.*

*CAP. III.*

VERVM & illud etiam obijciebatur noſtro dogmati, quo ſanximus in Peripato Primum-Mouens eſſe Naturam; quia Natura quæuis eſt neceſſario vel ſubiectum, vel in ſubiecto; vt Ariſtoteles aſſerit his notis, [a] *Naturam autem habent, quæcumque huiuſmodi habent principium; & ſunt hæc omnia ſubſtantia: ſubiectum enim quoddam, & in ſubiecto eſt Natura ſemper*: Sed Primus Motor Deus, vel Intelligentia ſecunda non eſt vllo modo ſubiectum, nec in ſubiecto penitus vnquam; igitur Primo-Mouens Deus, ac Intelligentia ſecunda non eſt vllo modo Natura. Porro Primum Motorem hunc non eſſe ſubiectum, ex eo conſtat, quia tale ſubiectum eſt mobile per ſe, ſubſtantia paſſiua, corpuſque naturale; Primus autē Motor hic eſt penitus immobilis, prorſus impaſſibilis, & incorporeus omnino. Sed & eumdem Primū Motorem non eſſe in ſubiecto probatur ex eo, quod omne ſubiectum vel eſt in quo aliquid ineſt, vel ex quo aliquid conſtituitur, ſiue vt loquamur cum Scholis, omne ſubiectum eſt vel inhæſionis, vel conſtitutionis; profecto mouens Intelligentia, tam prima, quam ſecunda, non eſt in ſubiecto inhæſionis; quoniam in tali ſubiecto ſola ſunt accidentia; quorum eſſe

[a] 2. phy. t. 4.

A ſe eſt ineſſe; vt aiunt Scholæ, colligentes id ex [b] Ariſtotele, cui ſubſtantia eſt vere ens, cetera entia dicuntur eo quod ſunt vere entis aut quantitates, aut qualitates, aut paſſiones, aut aliquid aliud tale: Nec eſt Primus-Motor in ſubiecto conſtitutionis; quia moto ſubiecto moueretur Intelligentia in eo inexiſtens; nam Ariſtoteli [c] *Motis nobis mouentur omnia quæ in nobis:* Quum igitur Primus Motor ſit immobilis omnino; profecto nec eſt ſubiectum, nec in ſubiecto; proptereaque non eſt vere Natura. Nos ad hanc rationem concedentes, quamlibet Naturam eſſe neceſſario vel ſubiectum, vel in ſubiecto, vt ait [d] Ariſto-B teles: Nec non etiam dantes, Primum Motorem Deum, ac Intelligentiam ſecundam quamlibet cælis appropriatam, non eſſe ſubiectum: Negamus aperte, Deum, & Intelligentiam ſecundam omnem, ſub ratione Primi-Mouentis non eſſe vllo modo in ſubiecto. Ad negati dogmatis confirmationem concedẽtes, omne ſubiectum eſſe vel inhæſionis, vel conſtitutionis: Danteſque ſubiectum inhæſionis eſſe proprium accidentium; & in tali ſubiecto non eſſe Naturam vllam, nec Primum-Motorem; quum omnis C Natura mouens, ac præſertim Primus-Motor ſubſtantia ſit: Negamus Primum-Motorem Deum, ac Intelligentiam ſecundam omnem cælis appropriatam, non eſſe in ſubiecto conſtitutionis; non quidem quia Primus-Motor immobilis ſit in ſubiecto, ex quo ipſe conſtituatur; ſed quia eſt in ſubiecto cum quo iunctus, veluti forma cum materia conſtituit corpus naturale cæli, ac Vniuerſi, quod non mouetur ab alio, ſed a ſeipſo; quum [e] viderimus apud Ariſtotelem ex Deo, ceu ex [f] prima forma, & vniuerſa mole cor-

porum

[b] 6. met. t. 2.

[c] 2. top. 3. loc.

[d] 2. phy. t. 4.

[e] lib. 1. 11. 12.

[f] 12. met. t. 49. 1. cæl. 99. 100. de mun. cap. 2. 1. meta. ſu. 2. c. 2

poium naturalium ad inuicem ordinatorum conſtitui totum Mundum; quod eſt ſubiectum, hoc eſt ſuppoſitum ex his duabus veluti partibus eſſentialibus conſtitutum: Similiter ex Intelligentia & Orbe cæleſti conſtituitur vnum totum, quod a ſeipſo mouetur, vt late [g] demonſtrauimus ex Ariſtotele. Ceterum ſubiectum conſtitutionis adhuc duplex eſt; alterum quidem conſtituens, nimirum pars materialis compoſiti naturalis; alterum vero conſtitutum, ſcilicet ipſummet compoſitum naturale: De ſubiecto conſtituente locutus eſt Ariſtoteles definiens [h] Materiam eſſe primum ſubiectum vniuſcuiuſque, ex quo fit aliquid, quum inſit; & Materiam aſſerens eſſe [i] ſubiectum formæ, ac priuationis; & inquiens, omne fieri ex [k] ſubiecto, & forma: De ſubiecto conſtituto ſermonem habuit Ariſtoteles vbi dicit, ſe modum quærere, ſed non [l] ſubiectum; & quando definiturus Generationem & corruptionem, ait, *Quoniam igitur eſt aliquod [m] ſubiectum, & aliud ipſa paſſio, quæ de ſubiecto nata eſt dici; & eſt tranſmutatio vtriuſque horum: Alteratio quidem eſt, quando manente ſubiecto, ſenſibili exiſtente, tranſmutetur in eius paſſionibus, aut cõtrarijs aut medijs exiſtentibus; vt corpus ſanum eſt, & rurſus laborat, manens idem; & æs quandoque rotundũ, quandoque autem angulare, idem exiſtens: Quando autem totum tranſmutetur, non manente aliquo ſenſibili, vt ſubiecto eodem, ſed vt ex genitura tota ſanguis, aut ex aqua aer, aut ex aere omni aqua, Generatio iam hoc tale, huius autem corruptio*. Profecto dum Ariſtoteles ait, [n] *Subiectum enim quoddam, & in ſubiecto eſt Natura ſemper*: vt ſubiecti nomine ſignificat ſubiectum cõſtitutionis, ad excluſionem ſubiecti inhærentię; ſic

non

[g] lib. 1. cap. 8.
[h] 1. phy. t. 82.
[i] 1. phyſ. t. 70.
[k] 1. phy. t. 65.
[l] 1. de gẽ t. 18.
[m] 1 de gen t. 23.
[n] 2. phy. t. 4.

A non ſignificat ſolum ſubiectum conſtituens, ad differentiam ſubiecti conſtituti : nam quemadmodum Natura , quæ ſubiectum eſt , alia quidem eſt ſubiectum conſtituens , materia ſcilicet; alia vero eſt ſubiectum conſtitutum ex materia & forma; quod oſtendimus[b] antea fuſius ex[p] Ariſtotele: Sic Natura , quę in ſubiecto eſt, ſimul eſt in ſubiecto conſtituente, velut in materia, cum qua conſtituit compoſitum naturale corpus ; & in ſubiecto conſtituto, tamquam pars in toto eſſentiali. Modo Primum-Mouens, ſiue Deum ſumas , ſiue ſecundam Intelligentiam , eſt in B ſubiecto ſimul & conſtituente, & conſtituto ; de conſtituente perſpicua ſentẽtia legitur apud Ariſtotelẽ, qui ſtatuit , Primum-Mouens *manere in ſeipſo , & in*[q] *eodem* , in quo fit ab eo motus inceſſabilis, & immortalis : & paullo poſt , Mouens *immobile autem , vt dictum eſt, tamquam ſimpliciter , & eodem modo, & in*[r] *eodem permanens , ſecundum vnum & ſimplicem mouebit motum* : & multo[ſ] poſt decernit , Primum-Mouens non eſſe in medio mundi centro Phyſico , ſed in ipſo circulari corpore cæleſti, vbi celerior eſt motus; nimirum loquitur de ſecunda Intelligentia, quam ſub ratione C Primi-Mouentis ita determinat Ariſtoteles ad cælum , vt etiamſi rotando cælum moueat item in gyrum elementum[t] ignis , & ſupremam aeris regionem ; adeoque non exiguam partem mundi ſubcæleſtis , qui eſt fere centrum phyſicum , circa quod cælũ voluitur a Primo-Mouente; non vult Ariſtoteles hoc Primum-Mouens æthereis globis inſidens, ineſſe pariter in elementari regione , in qua motus circularis eſt irregularis , & ſenſim fatiſcens, ex neceſſitate materiæ potius continentis orbitæ factus in elementis, quam

[b] lib. ... ... c. ...
[p] 2. ph. t. 11. 5. met. 5. & ali
[q] 8. phy. t. 52.
[r] 8. ph. t. 53.
[ſ] 8. phy. t. 84.
[t] 1. meteor. c. ... & ſeqq.

quam ex inſtituto Mouentis Intelligentiæ, quæ mouet motu regulari, & celeriori: celerior autem eſt in cælis motus orbicularis quam in elementis ea ratione, quia in cęleſti corpore nulla repugnantia prorſus eſt ad talem motum, ſed mira propenſio naturæ; quare motus in orbem cælo eſt ſumme [u] naturalis: at in igne viciſſim & in aere magna eſt ad motum in orbẽ repugnantia, quoniam in illis locis proprijs appetũt elementa leuia conquieſcere; proptereaque motui circulari turbanti proprijs in locis quietem naturalẽ aſſidue repugnant, vtcumque poſſunt; vnde motus in orbem in igne, ac in aere ſupremo eſt violentus, & minoris celeritatis; quum igitur Intelligentia motum naturalem efficiat, non autem [x] violentum; propterea ineſt in circulari corpore cęli, vbi celerior eſt motus, non autem in mundo elementari, vbi motus in orbem fatiſcit ob repugnantiam mobilis. De ſubiecto conſtituto clarum etiam placitum Ariſtotelis habetur non ſolum vbi legitur, [y] *Quod perinde eſt, ac ſi principium motus in anima quid ſit, inquiratur: Patet autem ſic eſſe, quemadmodum in Vniuerſo eſt Deus, & viciſſim cuncta in illo: mouentur enim omnia ab inexiſtente in nobis numine.* Sed etiam vbi ſcribitur, [z] Intellectum Diuinum eſſe in vniuerſa rerum Natura, Mundi cauſſam, & ordinis totius; ſicut humanus intellectus ineſt in animalibus rationalibus. Ita ergo Primus-Motor, qui dicitur Intelligentia, ſiue Prima, ſiue ſecunda, eſt vere Natura, quæ eſt in ſubiecto conſtitutionis, tam conſtituente, quam conſtituto; quod eſt & Cælum, in quo ſubiecto mobili Primus-Motor ineſt Intelligentia ſecunda infra Deum; & Mundus Vniuerſus, in quo ſubiecto mobili Primus-

u 1. cæl. t. 9. & ſeqq.

x 1. cæl. t. 14.

y 7. eudẽ. cap. 18.

z 1. met. ſu. 2. c. 2.

A B C



Digitized by Google

A mus-Motor ineſt Deus, & vterque ineſt in ſubiecto independenter ab eo. Ad obiectionem comprobare tentantem negatum dogma, concedentes Primũ-Motorem hunc eſſe penitus immobilem; negamus moto ſubiecto, neceſſario moueri cuncta, quæ quouis modo ſunt in ſubiecto: namque bifariã aliqua forma poteſt eſſe in ſubiecto, ſcilicet vel depẽdenter, vel independenter ab eo: certe forma, quæ dependet a ſubiecto in quo eſt quoquopacto, neceſſario mouetur ad motum ſubiecti; quę vero non dependet vllo modo a ſubiecto, in quo eſt, non neceſſario mouetur ad motum ſubiecti: ceterum Deus, & Intelligentiæ motrices aliæ ſunt in ſubiecto mobili non dependenter ab eo; proindeque permanent omnino immobiles in ſubiecto ab eis moto circulariter. Sed pręterea totum cælum eſt in omnibus ſuis [a] partibus, veluti forma in materia; ſe habent enim partes integrales ad totum, vt materies ad formam, [b] Ariſtoteli, & vere; nam totum [c] continet, partes a toto continentur; proprium autem eſt formę [d] continere, ac materiæ contineri: Quum itaque totum cælum ſemper quieſcat, nec moueatur ad motum ſuarum partium, quæ ſingulæ ſemper mouentur; etſi totum ſit in ſuis partibus dependenter ab eis, multo potiori ratione dicendum eſt, Primum Motorem Deum, ac Intelligentiam, etſi ſit in eo ſubiecto, quod ſemper mouetur, veluti forma; permanere tamen ſemper immobilem, quia in eo mobili ſubiecto penitus independenter ineſt. Inſuper diſcrimen hoc reperitur inter formã informantem, & aſſiſtentem; quod illa neceſſario mouetur ad motum corporis, quod informat; hæc autem non neceſſario mouetur ad motum corporis, cui aſſiſtit:

B

C

[a] 4. phyſ. t. 23.
[b] 5. met. t. 31.
[c] 1. phyſ. t. 4. 7. met. t. 49.
[d] 3. phyſ. t. 67. 4. phyſ. t. 35.
[e] 4. cæl. t. 35.

ſtit: Modo Deus eſt forma toti Mundo aſſiſtens, non autem informans Vniuerſum; & Intelligentia ſecūda pariter eſt forma ſuo quæque cælo aſſiſtens, non autem informans orbitam ætheream; proinde mouet immobilis, nec mouetur ad motum ſui mobilis; ita plane lumen, quod eſt *f* actus perſpicui, in aere forma eſt aeri aſſiſtens, non aerem informans; quare nō mouetur ad motum aeris; quod experimento quiſq; ſibi poteſt apertiſsimum reddere; ſiquidem in aere turbinibus agitato, vel etiam ſtudio & dedita opera flabellis concitato, ad præſentiam luminis opaca ſingula corpora quieſcentia ſuas vmbras emittunt immobiles, & quietas; quod procul dubio non contingeret, ſi lumen ad motum perſpicui moueretur: mouetur enim vmbra ex neceſſitate ad motum aduerſi luminis, nedum ad motum opaci corporis, a quo defluit. Nec obſtat nauta, qui quum ſit forma naui aſſiſtens, non eam informans, mouetur tamen ad motum nauis; nam ideo mouetur per accidens ad motū nauis, quia eſt corpus contentum in naui tamquam in loco; atque adeo ſub ratione locati dependens a naui; ſin autem eſſet ſolum forma naui aſſiſtens, vt lumen aeri; non item in naui tamquam locatum corpus in loco, tunc non moueretur ad motum nauis; verum hac de re nos fuſius *g* alibi; quæ theoria non eſt hic repetenda. Ad probationem deſumptam ex Ariſtotele ſcribente, *h* motis nobis, moueri ea omnia, quæ ſunt in nobis, quin & alibi, *i* exiſtentia in ſenſibilibus motis mobilia eſſe oportere; & ad huc alio in loco, *K* Vbi mutat locum corpus, quare & quod in corpore exiſtit: *D*icimus ea, quę ſunt in nobis, duum eſſe generum; nam alia ſunt in nobis dependenter a no-

*f* 2. de an. t. 59.

*g* 3. de Vit. c. 28

*h* 2. tot. c. 3. loc. 24.

*i* 3. meta. t. 9.

*K* 7. phy. t. 27. & 51.

A nobis, ac veluti formæ noſtræ; quales Platonici po-
nebant in nobis Ideas nuncupatas; alia ſunt in nobis
independenter a nobis, ac non formę noſtræ, vt in
quas nihil omnino iuris habemus: ita plane Deus in
nobis ineſt, qui vbique præſens l intimus eſt omni- l D Tho. 1.p.q.8. art. 1. in C.
bus & quibuſque rebus; quod etiam ante Diuum
Thomam adnotauit m Ariſtoteles, ac ſpeciatim dum
infit, n *Perinde eſſe ac ſi principium motus in anima quid* m 1. de part. c. 5
*ſit, inquiratur: Patet autem ſic eſſe, quemadmodum in* n 7. eude c. 18.
*Vniuerſo eſt Deus, & viciſſim cuncta in illo: mouentur*
*enim omnia ab inexiſtente in nobis* Numine. Dum A-
riſtoteles ait, o *Motis nobis, moueri omnia, quæ in nobis,* o 2. top. cap. 3.
B loquitur de ijs, quæcumque ſunt in nobis dependen-
ter a nobis, tamquam formæ noſtræ, parteſue noſtræ
peculiares; cuiuſmodi p Alexandri obſeruatu Plato- p 2. top com. loc 24.
nicis erant Ideę, quas eo loci coarguit Ariſtoteles;
non autem de ijs, quæ ſunt in nobis independenter a
nobis; cuiuſmodi eſt Primum-Mouens immobile o-
mnia mouens, omnia moliens *D*eus; qui ſic in nobis
ineſt, vt in rebus quibuſque alijs inſidens intime, ſin-
gula regens ac mouens, tamquam Prima forma Vni-
uerſo, & ſingulis *M*undi partibus aſſiſtens: Quod aſ-
ſertum non ſolum comprobat Diuus Thomas inqui-
C ens, q *Deus quum ſit ipſum eſſe per eſſentiam, eſt intime* q 1. p. q 8. ar. 1 C.
*in omnibus rebus. Reſpondeo dicendum, quod Deus eſt*
*in omnibus rebus, non quidem ſicut pars eſſentiæ* (qua de
re r poſt ſuo loco) *vel ſicut accidens, ſed ſicut agens a-* r cap. 11
*deſt ei, in quod agit,* &c. ſed etiam multo prius Autor
Sapientiæ, ſ quem Diuus Hieronymus Philonem ait, ſ Sap. c.
cui *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum*. Conſi-
militer, exiſtentia in ſenſibilibus motis mobilia eſſe
oportere dicit t Ariſtoteles, loquens de ijs, quæ ſunt t 3. me t 9.

in ſenſibilibus dependenter ab eis; non autem de ijs, quæ non dependent ab eis: itidem, vbi[u] mutat locũ corpus, & quod in corpore exiſtit, ſi ab eo dependeat; ſecus eſt, ſi non dependeat a corpore, in quo eſt; vt nuper de lumine probatum fuit: Quare Primus-Motor, licet ſit Natura in ſubiecto conſtitutionis, nõ tamen ideo mouetur per accidens ad motum ſubiecti; quia eſt in ſubiecto, a quo non dependet ſed; cui tantum aſſiſtit, non autem quod informat. Denique vero propoſita difficultas aperte ſupponit ſubiectũ, in quo dicitur eſſe Primus Motor, moueri; quod quidem eſt falſum; etenim Primus-Motor Deus eſt in Vniuerſo, non autem in vna tantum vniuerſi parte, velut in ſubiecto, vt explicauimus: modo quum Vniuerſum ſecundum ſe totum ſemper quieſcat immobile, licet eius partes ſingulæ moueri dicantur; ideo Deus vt Primus-Motor immobilis eſt in Vniuerſo, ceu prima forma[x] in ſubiecto, quod in ſeipſo manens, & in eodem immobili principio, ſemper manet immobile; vt ait perſpicuis verbis[y] Ariſtoteles: Similiter Intelligentia Cęlo appropriata ſic eſt in tota ſua Sphæra, vt nullam in ea partem ſibi determinet; quo factum eſt vt ab hoc etiam Primo-Mouente immobili Sphæra tota ſemper quieſcat immota, cuius partes ſingulę ſemper mouentur in orbem; eſt itaque Primus-Motor hic in orbe ſuo, tamquam in ſubiecto conſtitutionis, vt vidimus, quum ſit Natura motrix; attamen non mouetur ad motum ſubiecti ſui, quia ſubiectum mouetur ſecundum partes, at ſemper quieſcit ſecundũ totum; quia circularis motus eſt motus partium totius quieſcentis; Intelligentia vero Motrix eſt in toto ſuo quod cælo, quieſcit, nõ in vnaquaque parte ſeorſum

[u] 8. phyſ. t. 51.
[x] 12. met. t. 49.
[y] 8. phyſ. t. 52.

A B C

ſum

A ſum, quę mouetur; ac tantum abeſt vt Primus Motor ad mobilitatem, ſiue ad motum partium ſubiecti mobilis moueatur; quod viciſſim ſubiectum cælum totũ ab immobilitate ſuę motricis Intelligentię hoc habeat vt ſemper quieſcat in eodem loco; vt ibidem docuit [z] Ariſtoteles. Allatum igitur argumentum nititur falſo ſuppoſito, quod ſubiectum, in quo dicimus Primum-*M*otorem ineſſe veluti Naturam, moueatur abſolute. Sed Primum-Mouens ita eſſe in toto cælo, ſeu Mundo, vt non determinet vllam ſibi partem orbis, aperte conſtat ex eo, quod ita *D*eus eſt in Vniuerſo, & Intelligentia in orbe, quemadmodum in-

B tellectus humanus in homine, ſiue in humano corpore; vt ait Ariſtoteles non [a] ſemel: ſed intellectus humanus ita eſt in homine toto, ſiue in humano corpore toto, vt non determinet ſibi vllam partem corporis; quod expreſſis verbis conteſtatur [b] Ariſtoteles inquiens, *Dubitabit autem aliquis & de ipſius partibus, quam potentiam habeat vnaquæque in corpore: Si enim tota anima totum corpus continet, conuenit & partium vnamquamque continere aliquid corporis: Hoc autem aſſimilatur impoſſibili: quam enim partem, aut quomodo intel-*

C *lectus continebit, difficile eſt etiam fingere.* Sic igitur & Primus-Motor *D*eus eſt in toto Mundo non determinans vllam ſibi Mundi partem, in qua ſit adæquate; ac Primo-Motrix Intelligentia ineſt in toto cælo ſuo non determinans ſibi vllam ſuæ Sphęræ partem, in qua ſit adæquate; proindeque quum totus orbis non moueatur, ſed ſolum eius partes; falſo ſupponitur Primum-Mouens non immobile fore, ſi eſſet Natura degens in ſubiecto; quod moueretur ad motum ſubiecti ſui; nam eſt in toto ſubiecto, quod ſemper immo-

[z] loc. ci[t.]

[a] 1. met[...] ſu. 2. c. [...] 12. me[t.] t. 49.

[b] 1. de a[n.] t. 92.

immotum quieſcit, ac immobile prorſus eſt; etſi partes eius moueantur aſſidue. Sic igitur argumentum propoſitum fulcitur falſa ſuppoſitione; Naturam, quæ in ſubiecto eſt, moueri ad ſubiecti motum; ſiue ſubiectum omne, in quo Natura eſt, eſſe mobile. A

*Primum-Mouens immobile non ideo carere ratione Naturæ, quia ſit forma non informans, ſed aſſiſtens; vnde ſoluitur obiectio tertia.*

*CAP. IV.*

OBijciebatur præterea noſtræ ſententiæ, qua confirmatum eſt, Intelligentiam cum Primam, tū quoque ſecundam, quę Primus-Motor eſt, eſſe vere, proprieque Naturam, ea ratio; quod forma ſolum informans, non item aſſiſtens, eſt vere, proprieque Natura; tum quia Natura, quæ forma eſt, *a* ineſt in ſubiecto, non tantum adeſt, ac prę eſt extrinſecus; vt nauta: tum quia ſecus *N*auta eſſet Natura, qui eſt principium primum, motus & quietis per ſe, in quo eſt non ſecundum accidens: Quum itaque Primus-Motor, & omnia mouens Deus, & cælum circulo mouens Intelligentia ſecunda infra *D*eum, ſit Mundi, ac Cęli forma tantum aſſiſtens, non item informans, iam Primus-Motor *D*eus, ac Intelligentia non eſt vere ac proprie Natura. Verum hæc ratio nobis non officit: Concedentes enim Primum-Motorem immobilem, Deum, & Intelligentiam, eſſe formam aſſiſtentem Vniuerſo, & cæleſti corpori, non autem informantem: aperte negamus, formam ſolum informantem, non item aſſiſtentem, eſſe vere proprieque Naturam: & ratio negationis ex Ariſtotele clara deſumi-

B

*a* 2. phy. 4. de an. 4.

C

A ſumitur; quum etenim certum ſit apud[b] Ariſtotelem,
formam omnem, omnemque ſpeciatim animam eſſe b 2. phy
vere Naturam: poſteaquam definiuit idem Ariſtote- t. 12. & ſeqq.
les animam generatim eſſe ſubſtantiam ſicuti [c] formã c 2. de a t. 4.
corporis naturalis potentia vitam habentis, actumq; d 2. de a t. 6. 7.
primum corporis [d] naturalis inſtrumentalis; proin-
deque vere ac proprie Naturam: [e] mox admonet hu- e 2. de a t. 11.
iuſcemodi definitionem non eſſe perfectam, ſed ad f 2. de a t. 12.
perfectiorem [f] inueſtigandam oportere nos vlterius
progredi: Notans autem imperfectionem allatæ de- g 2. de a t. 11.
finitionis animę,[g] ſcribit, quia ex ea non eſt manife-
ſtum, vtrum anima, quæ definita eſt eſſe actus pri
B mus corporis naturalis organici, ſit eius actus, ſicut
nauta nauis, hoc eſt aſſiſtens: quod quidem ſcribere
eſt clare ſupponere formam aſſiſtentem eſſe poſſe na-
turam, & animam, actumque primum, ac internum
corporis naturalis. Ad primam negati dogmatis
probationem, concedentes formam, quę natura eſt,
ineſſe in ſubiecto, nec tantum adeſſe, ac præeſſe forin-
ſecus: Negamus hoc eſſe diſcrimen inter formam in-
formantem, & aſſiſtentem; quod illa inſit intrinſe-
cus, hæc præſit extrinſecus, & adſit forinſecus: nam
C inter eas hoc ſolum diſcrimen eſt formaliter, vt aiunt
Scholæ, quod informans forma quælibet mouetur
per accidens ad motum ſubiecti, in quo ineſt; forma
quæuis aſſiſtens, qua talis eſt, mouet immobilis; nec
mouetur ad motum ſubiecti, cui aſſiſtit; ceterum vtra
que ſuo ſubiecto interna eſt: Si enim lumen, quod
eſt forma & actus [h] perſpicuum non informans, at illi h 2. de a
aſſiſtens, actuat omnes etiam penitiſſimas perſpicui t. 69.
ſubiecti partes; & ita perſpicuo adeſt, ac præeſt, vt in
ipſo inſit intrinſecus: Si Nauta pariter, qui eſt forma
naui

nauí aſſiſtens, non autem nauem informans, non extrinſecus tantum adeſt naui, præſtue forinſecus, in omnibus nauigij partibus intimis exiſtens (quantum permittit ſibi ſubſtantia ſua corporea, quę [i] penetrare nauis corpulentiam minime poteſt) fungitur officio Nautæ: pari ſane ratione, multoque potiori Primus-Motor immobilis, etſi ſit aſſiſtens cælo, Mundoque forma, ineſt cælo, totique Mundo intimus, ac penitiſſimus; nec vlla pars eſt cęli, in qua non adſit Intelligentia Motrix; nec vlla pars Mundi reperitur, in qua non adſit *D*eus omnium motor intimus; quam ſententiam aperte profeſſus eſt Ariſtoteles aſſerens Primum *M*otorem eſſe in corpore [k] circulari, & in toto, non in parte quapiam eius determinata; [l] ſed apertiſſime coluit Diuus Thomas, cui [m] ***Deus, quum ſit ipſum eſſe per eſſentiam, eſt intime in omnibus rebus. Reſpondeo dicendum, quod Deus eſt in omnibus rebus, non quidem ſicut pars eſſentiæ,*** (qua de re [n] poſtea ſuo loco tractabimus) ***vel ſicut accidens, ſed ſicut agens adeſt ei, in quod agit***. Et ſane formam aſſiſtentem ſic aſſiſtere poſſe, vt inſit intima ei, cui aſſiſtit, ante *D*iuum Thomam monuit Ariſtoteles, dum aſſerit Primum-*M*ouens eſſe formam immobilē eius animati, quod mouetur a ſeipſo; & formam illi aſſiſtentem, his notis, [o] ***Poſtea autem, quæ ſunt præter naturam, eorū, quæ ſunt ſecundum naturam, ipſa, quę a ſeipſis, vt animalia: non enim hoc eſt immanifeſtum, an ab aliquo mouentur, ſed quomodo oportet accipere id ipſius, quod mouet, & id, quod mouetur. Videtur enim vt in nauibus, & in ijs, quæ non natura conſtant, ſic & in animalibus eſſe diuiſum id, quod mouet, & id, quod mouetur; & ſic totum ipſum ſeipſum mouere.*** *M*odo forma, cuius

vt

[i] 2.de an. t. 69.
[k] 8 phy. t. 84.
[l] ibid.
[m] p.p q. 8. ar. 1. in C.
[n] cap. 11.
[o] 8. phy. t. 28.

A

B

C

A vt motiui principij participatione animal totum ex ea forma & materia conſtitutum ipſum ſeipſum mouet, eſt interna toti animali, non ei penitus externa: Quare Primus-Motor, qui Ariſtoteli eſt principium motiuum, cuius participatione cælum a ſeipſo mouetur, ita præeſt, aſſiſtitque cælo, vt intimus inſit in toto cęlo, & ſingula parte cęli, quam inceſſabili motu mouet. Ad ſecundam probationem concedentes Primum-Motorem ſimilem in eo eſſe Nautę, quod eſt forma non informans, ſed aſſiſtens: Negamus, ſi Primus-Motor ſit *N*atura; pari ratione Nautam debere dici *N*aturam; & ratio diſcriminis eſt duplex;
B vna quidem, quia non omne principium effectiuum motus internum eſt proprie Natura; ſed ſolum principium internum motus naturalis; modo nauigatio non eſt motus naturalis nauium, ſed artificioſus; vt innuit Ariſtoteles loco citato; proindeque Nauta nõ eſt Natura; Deus autem, & Intelligentia ſub ratione Primi-Motoris mouet[p] phyſice mobile, cui aſſiſtit, & motum naturalem promouet in Mundo, & in cælo, non autem artificialem tantum; ac propterea vere proprieque Natura dicitur ad Nautę differentiã. p 2.phyſ. t. 73.
Altera vero ratio diſcriminis eſt, quia Primus-Mo-
C tor vere ac proprie motum naturalem efficit in Vniuerſo, & in cęlo, cui eſt intimus, vt & [q] motus; Nauta vero proprie non efficit motum in Naui, ſed modũ ac differentiam motus: vt enim Saltator ab habitu artis habet, non quidem vt ſe moueat; id enim obtinet ab anima, quæ in eo eſt *N*atura; ſed vt ita, vel ita ſe moueat; pari ſane ratione conſtitutum, ſeu aggregatum ex naui & nauta, id habet a Nauta formaliter, quatenus eſt Nauta, quod ita vel ita ſe moueat: q 8.phy. t. 84.

quod autem ſe moueat abſolute, id habet a Nauta, non quatenus nauta eſt, ſed per accidens, quatenus accidit nautæ habere in ſe animam, quæ natura eſt, adeoque principium motus actiuum; accidit enim nautæ eſſe hominem & habere animam, perinde ac lecto eſſe [r] ligneum, ac ſeruo vel domino eſſe hominem, vt perſpicuis verbis nos edocet Ariſtoteles, cui [ſ] *Si quidem conuenienter aſſignetur ad quod dicitur, omnibus alijs ſublatis, quacumque accidentia ſunt, relicto autem ſolo illo ad quod aſſignatum eſt conuenienter, ſemper ad ipſum dicetur, vt ſi ſeruus ad dominum dicitur, circumſcriptis omnibus, quæ accidentia ſunt domino, vt eſſe bipedem, vel ſcientiæ ſuſceptibilem, vel Hominem, relicto vero ſolo quod Dominus eſt, ſemper ſeruus ad ipſũ dicetur; ſeruus enim domini ſeruus dicitur.* Quum artificioſa nullum habeant in ſe principium motus per ſe, ſed ſolum per accidens, nimirum quatenus eis accidit quomodocumque habere in ſe naturam; quod ait Ariſtoteles, inquiens, [t] *Lectus autem, & indumẽtum, & ſi quid huiuſmodi aliud genus eſt, ſecundum quod quidem ſortitum eſt prædicationem vnamquamque, & quatenus eſt ab arte, ne vnum quidem habet impetũ, principiumue mutationis innatum; quatenus autem accidit ipſis lapidea, aut terrea eſſe, aut miſta ex his, eatenus habent.* Sic nauis a nauta formaliter non mouetur per ſe; ſed modos, & differentias, determinationeſque motus acquirit; ſi nauta ſumatur vt artifex, adeoque formaliter vt nauta: Verum ſi nauta ſumitur materialiter, vt homo, adeoque naturam in ſe habens, nimirum animam, quæ facultatem habet motricem; [u] hac ratione quidem dici poteſt princip[iũ] motiuum nauis, ſed tamen per accidens; coniunct[o] ſiqui-

[r] 2. phyſ. t. 2.
[ſ] Præd. ad aliq.
[t] 2. phy. t. 2.
[u] 3. de an. t. 48. & ſeqq.

A ſiquidem ex nauta & naui nihilominus accidit habere in ſe principium motus actiuum, animam; atque coniuncto ex ligno & forma lecti [x] accidit habere in ſe principium motus paſſiuum, corpus naturale ligni: Ceterum Primus Motor in Mundo, & in cælo non tantum efficit modum, & differentiam, determinationemque motus, ſed motum ipſummet in mobili, cui aſſiſtit intime, veluti forma conſtituens vnũ, quod eius formę intima participatione mouetur a ſei pſo motu naturali; & Primum-Mouens Mundo, ac cælo non accidit, ſed in eo per ſe ineſt; nam Deus a Mundo, & Intelligentia a cælo non poteſt abeſſe ſine

B Mundi, cælique corruptione; quum a tali Primo Motore tum [y] cælum, tum natura dependeat: quin & a Deo pendeat rebus omnibus [z] eſſe & viuere: recteq; alibi dixerit Ariſtoteles [a] Deum eſſe in Vniuerſo, & omnia moueri ab inexiſtente in nobis Numine: quũque motus omnis naturalis principium internum ſit vere proprieque [b] Natura: iam Primus-Motor Deus, ac Intelligentia ſecunda, licet ſit aſſiſtens Mundo, ac Cęlo, tamen eſt vere proprieque Natura.

[x] 2 phyſ. t. 1.

[y] 12. met t. 38.

[z] 1. cæl. t 100.

[a] 7 eudẽ cap. 18.

[b] 2. phy t. 2. 3.

C *Nomen, & rationem Naturæ proprie dictæ tolli non debere a Primo Mouente Deo ac Intelligentia, quod non tribuant eſſe corpori naturali; ſed ſolum motum, ſi ſunt formæ non informantes, at aſſiſtentes: unde reſpondetur quartæ dubitationi. Cap. V.*

QVOD autem quarto loco dubitatur, Primum-Motorem omnino immobilem, non eſſe vere Naturam, quia Natura, quæ forma eſt, [a] ſit id, quod tribuit eſſe ſpecificum corpori naturali,

[a] 2. ph t. 12.



Digitized by Google

quod ea conſtituitur,ceu parte eſſentiali: Primus ve- A
ro Motor, ſeu ſit Intelligẽtia ſecunda,ſeu Prima De-
us Optimus,non tribuat eſſe ſpecificum corpori natu
rali, ſed ſolum operationem, ſiue motum; neque ſit
eius pars eſſentialis, ſed extrinſeca forma; quoniam
eſt forma non informans, aſt aſſiſtens; inter quas il-
lud eſt diſcriminis,quod hæc tribuit ſolam operatio-
nem,illa præter operationem etiam eſſe; illa ſit pars
eſſentialis compoſiti naturalis,hæc non item: hoc in-
quam argumentum ideo ſoluitur, quia concedentes,
Naturam,quę forma eſt,eſſe id, quod tribuit eſſe ſpe-
cificum corpori naturali, quod ea conſtituitur, ceu
parte eſſentiali: Negamus primo *D*eum, & Intelli- B
gentiam, quatenus eſt Primus Motor, non tribuere
eſſe ſpecificum Mundo toti,& cælis; quæ ſunt corpo-
ra naturalia: nam de Deo Philoſophus ait,[b] quod vt
in animalibus, ita in tota rerum natura Intellectus
eſt cauſſa Mundi,totiuſque ordinis; cauſſa inquam
[c] formalis; cuius proprium eſt dare ſpecificum [d] eſſe
rei. *D*einde ſcribit[e], A *D*eo pendere rebus omnibus
eſſe & viuere: Deinceps inquit,[f] A primo quod quid
eſt, nimirum a *D*eo,quatenus eſt prima forma,Mun-
dum habere ſui vnitatem ſpeciei, ac numeri; adeo-
que ſpecificum eſſe;nam ens, & vnum conuertuntur. C
*D*e intelligentia, quæ primus motor eſt,habemus ab
Ariſtotele principium eſſe motus; quo principio cæ-
lum eſt [g] animatum,adeoque animam;ſed anima tri-
buit eſſe ſpecificum animato: ſtatuitque Philoſophus
*M*undum, & cælum eſſe primum mouens immobile
ab alio,ſed tamen mobile a [h] ſeipſo; vt antea [i] demõ-
ſtrauimus; proindeque conſtitui [k] naturale corpus in
animalium genere;quæ omnia ſortiuntur ſui eſſe ſpe-
cificum

- *b* 1.met. ſu.2.c.2.
- *c* 1.phyſ. t.38.
- *d* 2 phy. t.28. 2. de an. t.37.
- *e* 1. cæl. t. 100.
- *f* 12.met t. 49.
- *g* 2. cæl. t.13.
- *h* 8.phyſ. t.34.& ſeqq.
- *i* lib. 1.c. 2.& 6.
- *K* 2.de an. t.3.
- *l* ſupra lib. 1.c.8. & 9.

A cificum ab ea forma, quæ in eis eſt principium effe-
ctiuum motus illius, quo mouentur a ſeipſis. *De*in-
de negamus Primum-Motorem cęlis tribuere opera-
tionem ſolam, ac motum, non item eſſe naturale, ac
eſſe viuens; nam motus cæleſtis, quo primus ille mo-
tor orbem ſuum mouet, eſt motus vitalis, ac opera-
tio vitæ; quum moueri a ſeipſis ſit [m] vitale, atque [m] 8 phy. t. 29.
proprium animatorum, vt ait Ariſtoteles: aſt opera-
tio vitæ non poteſt in animato prouenire niſi ab eſſē-
tia viuentis, & a forma ſpecifica, quæ ſit [n] anima con-
ſtituens in eſſe viuens. Deinceps negamus *P*rimum [n] 2. de an t. 24. 37.
B Motorem Deum non eſſe formam ſubſtantialem, ac
partem eſſentialem Mundi totius; quum Mundus ſit
viuens ex vniuerſa corporum naturalium congerie,
velut ex [o] materia, & ſummo [p] Deo illis aſſiſtente, [o] 1. cæl. t. 95.
veluti [q] forma ſpecifica, vt dudum [r] notauimus ex A- [p] de mūd c. 2.
riſtotele, fuſiuſque probauimus non ſemel in opere [q] 1. met. ſu. 2. c. 2. 12. met. t. 49
noſtro *De* [ſ] Vita; pariter Ariſtoteli cælum, quod a
ſeipſo mouetur, conſtituitur ex orbe, velut ex materia
& Intelligentia, velut ex forma ſua eſſentiali. Ad
primam confirmationem negamus illud eſſe diſcrimē [r] lib. 1. c. 11.
inter formam aſſiſtentem, & informantem, quod illa [ſ] lib. 2. c. 43 & ſeq & lib. 3. cap. 43. 44.
C tribuat ſolam operationem, hæc etiam eſſe; nam præ-
terea quod *D*eus aſſiſtens mundo toti tribuit rebus o-
mnibus [t] eſſere ac viuere; ac Intelligentia, quæ Pri- [t] 1. cæl. t. 100.
mus Motor eſt dicitur [u] Ariſtoteli eſſe principium, a [u] 12. met t. 38.
quo tum cælum, tum natura dependet, non ſola Cæ-
li, & naturæ operatio: Nauta, qui forma eſt naui aſſi-
ſtens, naui tribuit non ſolū operationem, ſed & ipſum
eſſe nauis formaliter; etenim [x] Ariſtoteli ſi oculus [x] 2. de an t. 9.
mortui æquiuoce oculus eſt, veluti lapideus, vel pi-
ctus; quia carens anima non poteſt videre; quæ pro-

pria

pria eſt oculi operatio, ſibi ab anima proueniens: ita nauis abſque nauta quum nequeat nauigare, nauis non eſt niſi æquiuoce; quamobrem habet eſſe nauis a nauta: licet vulgo nauis abſque nauta dicatur nauis: vt vulgo caro, facies, & oculus, & manus in cadauere ſine anima nuncupetur oculus, caro, & manus ab idiotis; quum apud doctos vere [y] caro non ſit, nec facies, nec vere oculus, nec vere [z] manus. Quã ſententiam expreſſam habemus ex Ariſtotele talia ſcribente, [a] *Sed eſt quædam menſura magnitudinis ciuitati, quemadmodum & aliorum omnium, animalium, plantarum, inſtrumentorum; nam horum ſingula neque parua nimium, neque magnitudine exceſſiua ſuam potentiam retinebunt, ſed aut deſtituta erunt omnino a natura, vel male ſe habebunt; ceu nauis vnius palmæ non erit penitus nauis, neque duorum ſtadiorum: ſed ſi proceſſerit ad aliquam magnitudinem, quandoque propter paruitatem male faciet nauigationem, quandoque propter exceſſum; ita & ciuitas.* Si ergo nauis vnius palmæ non eſt penitus nauis, quia nauigationem facere non poteſt; & hoc quia ob exilitatem ſui non capit in ſe nautam: Sique nauis duorum ſtadiorum ſimiliter nõ eſt vere nauis, quia nauigationem facere non poteſt, eo quod nauta illam gubernare non valet; quod perinde eſt ac nautam illi non ineſſe in formam: iam hoc argumentum eſt Nautam naui tribuere eſſe nauim, non ſolum nauigationem, ſeu operationem: Sic igitur in eo conuenit aſſiſtens cum informante forma, quod vtraque poteſt tribuere ſpecificum eſſe, ac omnino eſſe eſſentiale ſuæ materiæ, ſuoue compoſito. Ad ſecundam confirmationem itidem negamus illud eſſe diſcriminis inter formam informantem, & aſſiſten-

[y] 2. de gē. an. cap. 1.
[z] 7. met. 39.
[a] 7 polit. 4.

Digitized by Google

A ſtentem, quod illa ſit pars eſſentialis compoſiti, hęc non item; & ratio negationis eſt, quia Philoſophus inuenit [b] Primum Motorem immobilem eſſe animā, ac partem eſſentialem tum cæli, tum Mundi, quatenus vterque mouetur a ſeipſo; principium enim motiuum immobile, cuius participatione quid animal eſt, & mouetur a ſeipſo, nihil eſt aliud quam anima, & proinde pars eſſentialis illius animalis conſtituti. Deinde quum Ariſtoteles [c] diſtinxiſſet corpora naturalia in habentia vitam, & non habentia vitam; conſtituiſſetque corpus naturale participans vita eſſe ſub B ſtantiam compoſitam ex [d] anima, & corpore tamquā ex duabus partibus eſſentialibus: definienſque talem animam generatim eſſe ſubſtantiam ſicuti formam, & [e] actum primum corporis naturalis inſtrumentalis: poſtea [f] notans huiuſmodi definitionem non eſſe abſolute perfectam, quoniam ex ea non conſtat vtrum anima, quæ dicta eſt pars eſſentialis compoſiti viuentis, & definita eſt eſſe actus primus corporis naturalis organici, ſit actus ſicut nauta nauis; manifeſto ſupponit formam aſſiſtentem, qualis eſt nauta, eſſe poſſe partem eſſentialem, actumque primum cōpoſiti viuentis; verba Magiſtri clariſſima ſunt; ait enim C primo, [g] *Quare omne corpus naturale participans vita, ſubſtantia erit; ſubſtantia autem ſic vt compoſita*. Mox addit, [h] *Quoniam autem eſt corpus huiuſmodi; vitam enim habens; non vtique erit corpus anima; non enim eſt eorum, quæ in ſubiecto, corpus; magis autem ſicut ſubiectum, & materia eſt: Neceſſe eſt ergo animam ſubſtantiam eſſe ſicut formam corporis naturalis, potentia vitam habentis*. [i] *Subſtantia autem actus; huiuſmodi igitur corporis actus*: adeoque anima eſt altera pars eſſentialis

b 8. phyſ. t. 34. & ſeqq.

c 2. de an t. 3.

d 2. de an t. 4.

e 2. de an. t. 6. & 7.

f 2 de an. t. 11.

g 2. de an t. 3.

h 2. de an. t. 4.

i 2. de an. t. 5.

Digitized by Google

tialis corporis naturalis, quod eſt compoſitum viuẽs. A
K 2. de an. t. 7. Addit vlterius, K *Si autem aliquid commune in omni anima oportet dicere, erit vtique actus primus corporis naturalis inſtrumentalis*. Poſtea monens hanc definitionem, omni animæ conuenientem, non eſse numeris omnibus abſolutam, adijcit, l *Amplius autem immanifeſtum, ſi ſit corporis actus anima, ſicut nauta nauis. Figura igitur ſic determinatum & deſcriptum ſit de anima*. Si ergo Philoſophus exiſtimaſſet formam aſſiſtentem non eſse partem eſsentialem compoſiti; poſteaquam dixit animam eſse formam ſicuti ſubſtãtiam, & partem eſsentialem compoſiti viuentis; eamque definiuit eſse actum primum corporis naturalis organici; non potuiſset dicere, non adhuc manifeſtum eſse vtrum anima ſit forma aſſiſtens, ſicut nauta nauis; ſed collegiſset, manifeſtum eſſe animã non eſse actum ſicut nauta nauis; patereque prorſus ex traditis animam eſse formam non aſſiſtentem, ſed informantem. Sic igitur ex Ariſtotele forma aſſiſtens eſſe poteſt pars eſsentialis compoſiti naturalis, atque adeo vere ac proprie Natura, tribuens eſse corpori naturali.

l 2. de an. t. 11.

B

C

*Intelligentiæ non eſſe prorſus interdicendam Naturæ rationem, ac nomenclaturam, quod Ariſtoteles diſtinxerit Naturam ab Intellectu: ex quo ſatisfit quintæ dubitationi.*
*Cap. VI.*

a lib. 1. c. 8. & ſeqq.

ADuerſus eamdem ſententiam, qua dudum a oſtendimus in Peripato, Primum-Motorem Deum, ac Intelligentiam infra Deum eſse vere pro-

prie-

A pricque Naturam, illa ratio maxime militare videtur, quod Ariſtoteles Naturam contradiſtinguit ab Intellectu, dum ait, b *Et valde hoc ipſum admiratione dignum eſt, quod dicant ipſa quidem animalia, ac plantas a fortuna neceſſe, nec fieri; ſed aut Naturam, aut Intellectum, aut quippiam tale aliud eſſe cauſam.* & paullo poſt, c *Sunt autem propter aliquid & quæcumque ab Intellectu vtique aguntur, & quæcumque a Natura.* Et adhuc infra, d *Aut enim eorum, quæ ſunt, Natura, aut ab Intellectu cauſſa ſemper eſt.* Et ſtatim, e *Quoniam autem caſus, atque fortuna cauſſæ ſunt eorum, quorum aut Intellectus cauſſa ſit, aut Natura; quum ſecũ-* B *dum accidens cauſſa aliqua ſit horum ipſorum.* f *Poſterior itaque caſus eſt, atque fortuna & Intellectu, & Natura: Quare ſi quam maxime cæli cauſſa eſt Caſus, neceſſe eſt prius Intellectum, & Naturam eſſe & aliorum multorum, & huius Vniuerſi cauſſam.* Sic igitur Ariſtoteles diſtinguit Intellectum a Natura ſæpius: quum autem eidem Philoſopho Primus-Motor immobilis omnino, qui Deus eſt, ac ſecunda quæuis Intelligẽtia infra Deum, ſit g Intellectus, & moueat vt Intellectus: iam Primus-Motor penitus immobilis non eſt vere Natura. Nos autem ad hoc argumentum pri- C mo concedentes Deum & Intelligentiam quamlibet motricem eſſe Intellectum: negamus Intellectum ita prorſus a Natura contradiſtingui, vt idem ens nequeat eſſe ſimul Intellectus, & Natura; nam Ariſtoteles aperte h conſtituit Intellectum humanum, qui eſt i diuinum illud in nobis, cuius officium proprium eſt intelligere atque k ſapere, eſſe ſubſtantiam atque naturam l hominis. Ad confirmationem, petita m ex Ariſtotelis locis allatis, dicimus Ariſtotelẽ ipſum

b 2. phyſ. t. 45.
c 2. phyſ. t. 49.
d 2. phy t. 65.
e 2. phy t. 66.
f 2. phyſ t. 67.
g 12. met t. 36. & ſeqq.
h 1. de par. c. 10.
i 2. de gen. an. cap. 3.
k 3. de an. t. 2.
l 1. de par. c. 10.
m 2. phy. t. 45. 49. 65. 67.

ca prorſus ratione contradiſtinguere Intellectum a A
Natura, quia contradiſtinguit ibidem Intellectum a
n 2 phyſ. 57. Caſu, dum ait, [n] *Sunt igitur ambo cauſſæ, quemadmodũ*
*dictum eſt, ſecundum accidens, fortuna, & Caſus: dif-*
*ferunt autem, quoniam Caſus in plus eſt; quod enim eſt*
*a fortuna, eſt & a Caſu: hoc autem non omne a fortuna*
*eſt.* Sic plane dicendum eſt in propoſito, Naturam
ab Intellectu diſtingui, quia Natura in plus eſt; om-
nis enim Intellectus eſt Natura; ſed non viciſſim om-
nis Natura eſt Intellectus; vt Intellectus contradi-
ſtinguatur a Natura, veluti ſpecies contradiſtingui-
tur a genere. Deinde vero ſi formaliter accipiantur B
Intellectus, & Natura, concedere poſſumus hæc ab
inuicem diſtingui; quia Natura formaliter eſt prin-
cipium tum [o] conſtitutiuum intrinſece corporis natu-
o 2. phyſ. t. 12. ralis; tum effectiuum [p] motus in eo in quo eſt, ſi de
p 2. phy. t. 3. forma loquamur, potiſſimum animatorum: Intelle-
ctus autem formaliter eſt principium mere cogno-
ſcens, ac ſpeculatiuum; quo ſenſu negare poſſumus
Primum-Motorem, qua Motor eſt, eſſe formaliter In-
q 2. de an. t. 54. tellectum; non ſolum quia cauſſa [q] finalis eſt Primus
Motor, & tamen non eſt Intellectus formaliter, ſed
r 8. phy. t. 34, & ſeqq. intelligibilis Ariſtoteli; & Cœlum, ſeu Mundus eſt C
Primus Motor eidem [r] Ariſtoteli, & tamen non eſt
ſ 2. de gẽ. an. c. 3. Intellectus: verum etiam quia vt Intellectus huma-
t 3. de an. t. 48. & ſeqq. nus in homine, quem [ſ] conſtituit in eſſe, atque in quo
motum [t] promouet, vere [u] Natura dicitur ab Ari-
u 2 de part. c. 10. ſtotele; ſeparatus autem ab homine, ac extra corpus
x 1. cæl. t. 99. naturale, [x] nullum motum efficiens, at ſolum [y] intel-
ligens, vere Natura [z] non eſt Ariſtoteli: Sic plane
y 12. met t. 51. Primus-Motor Deus, ac Intelligentia quæuis, ſi for-
z 1. de part. c. 1 maliter accipiatur in ſe, ac vt purus Intellectus eſt, &

forma

Digitized by Google

A forma penitus abſtracta, ſine vlla relatione ad Mundum, & ad Cœlum, tunc vere Natura non eſt, nec Primus-Motor formaliter; ſub qua formalitate Intellectus abſtracti conſiderari poteſt a Metaphyſico, & a Theologo, non autem a Phyſico, qui nunquam [a] abſtrahit a materia, & a motu: ſi vero ſpectetur Deus, & Intelligentia in relatione ad Mundum, & ad cœlum, ſeu quatenus eſt principiũ conſtitutiuum corporis naturalis, ac vt ait Ariſtoteles, [b] prima forma, tribuens vnitatem ſpeciei ſimul & numeri cœlo, ſeu Mundo [c] toti; & quatenus eſt principium motus internum in tali corpore naturali ſic a ſe conſtituto, B proindeque Primus Motor formaliter, qua Primus-Motor eſt, & quatenus a Phyſiologo conſideratur, eſt vere proprieque Natura: Mouet quidem Primus-Motor per Intellectum & voluntatem, vt ait [d] Ariſtoteles, verum non quatenus Intellectus eſt, ſed per intellectum vnitum mobili, & cognoſcentem finem, cuius gratia mouet; ac percipientem modum, quo mouet; adeoque per intellectum, quatenus eſt natura cognoſcens: & hoc ad differentiam Intellectus humani, qui dum corpori ſociatus eſt, pleraque agit per modum Naturæ non cognoſcentis, vt tribuere eſſe C humanum toti corpori, ſingulisque particulis eius; & gubernare vegetalem animam in ſuis functionibus obeundis: alia vero agit per modum Naturæ cognoſcentis, vt mouere hominem motu progreſſiuo ad certum finem, mouere linguam & labia in ſermone ad explicandas articulate [e] paſſiones internas animi, & exercere functiones morales: alia demum efficit prout intellectus eſt, ſecluſa ratione Naturę, vt intelligere, ac ſpeculari; quam functionem exercet etiam a corpo-

[a] 2. phy. t. 18. 19. 20.
[b] 12. met. t. 49.
[c] 1. cæl. t. 97.
[d] 12. met t. 36.
[e] 1. peri-her. c. 1.



Digitized by Google

f 12. met. t. 51. corpore *f* ſeparatus, dum non amplius eſt & Natura. A
g 1. de art. c. 1. Sed Primus-Motor, quatenus Primus-Motor eſt, etſi ſemper moueat per intellectum; conſtituatque Mundum, & orbem a ſe mobilem per intellectum; ſemper Intellectus ille, vt Primus-Motor, agit, ac mouet phyſice, *h* adeoque per modum Naturæ, quamquam cognoſcentis; perinde ac Intellectus humanus mouet hominem in ambulatione, ac linguam, & labia in ſermone petente ſibi neceſſaria, per modum Naturæ tamen: At Primus ille Motor conſideratus, vt Intellectus non relatus ad mobile formaliter, ſed in ſe ſpectatus, agit per modum intellectus ac voluntatis ſupra naturæ conditionem, ſiue non phyſice; ac ſub tali formalitate non eſt Natura, ſed ens ſupranaturale pertinens ad Metaphyſicum, & ad Theologum; vt *i* antea notauimus.

h 2. phyſ. t. 73.

i lib. 1. c. 9.

*Primum-Mouens non ideo Naturæ nomen & rationem amittere, quia ſit immobile, & immobilia non attineant ad Phyſicum, ſed ad Metaphyſicum: vnde ſextæ dubitationi occurritur.*

*CAP. VII.*

PRæterea vero dubitationem arduam illud efficit in propoſito, quod omnis Natura eſt conſiderationis Phyſicæ; nam ideo Philoſophia naturalis ab Ariſtotele non *a* ſemel appellatur ſcientia de Natura, quia Naturæ cuiuſuis tractatio pertinet formaliter ad Naturalem Philoſophum: Modo Primus-Motor immobilis omnino, non a Phyſico, ſed a Metaphyſico ſolo conſideratur: Quare Primus-Motor immobilis omnino, non eſt vere ac proprie Natura. Primum-

a 1. phy. t. 1. cæl. t. 1.

A num Motorem penitus immobilem non attinere ad Phyſicam ſcientiam, ſed ad Metaphyſicam, teſtatur Ariſtoteles tum vbi ſcribit, [b] *Quæcumque non mota mouent, non amplius phyſicæ ſunt*; tum vbi dicit, [c] *Eſſe entium quædam ingenerabilia, & omnino immobilia magis eſt alterius, atque prioris, quam naturalis conſiderationis*; tum vbi notat Naturalem Philoſophum non agere de immobilibus, ſeu ſeparatis, in hæc verba, [d] *Quod ſi quippiam eſt immobile, & perpetuum, & ſeparabile; patet quod ſpeculatiuæ eſt cognoſcere; & non Naturalis: de mobilibus namque quibuſdam Naturalis eſt; nec Mathematicæ; ſed prioris ambabus: etenim* B *circa inſeparabilia quidem, ſed non immobilia: ipſius vero Mathematicæ nonnullæ ſunt circa immobilia quidem, non tamen ſeparabilia fortaſſe, ſed vt materia: Prima vero etiam circa ſeparabilia, & immobilia. Neceſſe autem eſt omnes quidem cauſſas perpetuas eſſe, maxime vero has: hæ etenim cauſſæ manifeſtius diuinorum ſunt. Quare tres vtique erunt ſpeculatiuæ Philoſophiæ, Mathematica, Naturalis, Theologia. Manifeſtum eſt enim quod, ſicubi Diuinum exiſtit, in tali natura exiſtit; & honorabiliſſimam oportet circa honorabiliſſimum genus eſſe:* C *Speculatiuæ itaque alijs ſcientijs præponendæ ſunt, hæc vero ſpeculatiuis*. Prima igitur Intelligentia, quæ *Deus* eſt; & ſecunda, quæ pariter eſt ſubſtantia ſeparabilis, & immobilis, quum ad ſolam Philoſophiam pertineant, quæ Prima cognominatur, & Theologia; non autem ad Naturalem Philoſophiam, quæ Scientia de Natura nũcupatur, & eſt; Primus inquam Motor Deus, & Intelligentia quæuis immobilis non eſt vere Natura. Verum enim vero dubitationem hanc ſoluere poterimus intime perſpectis allatis ex

Ari-

b 2. phyſ. t. 71.

c 3. cæl. t. 2.

d 6. met. t. 2.

Ariſtotele dogmatibus; Concedentes enim omnem A
Naturam, quæ principium motus eſt, & conſtitutiua
corporis naturalis, formaliter eſſe conſiderationis
phyſicę, ſpectareque prorſus ad Naturalem Philoſo-
phum, negamus Primum-Motorem immobilem ita
pertinere ad Metaphyſicum, vt non attineat etiam
per ſe ac formaliter ad Phyſicum: & ratio negatio-
nis multiplex eſt; prima quidem, quia Primus Mo-
tor, licet vt immobilis poſſit ad Metaphyſicum atti-
nere, tamen vt Motor formaliter ad Phyſicum per-
tinet; nam vt Motor primus, neceſſario coniungitur
cum mobili; cum quo conſtituit in eſſe corpus natu-
rale a ſeipſo mobile; proindeque Natura eſt, & ad B
Phyſicum ſpectat. Quinimmo vt mouens, concer-
nit per ſe motum; concernentia vero motum omnia
ſpectant per ſe ad Philoſophum naturalem, ſiue mo-
tum[e] conſequantur; ſiue illum antecedant, vt mo-
3. phy. 2. tiuum, & mobile; cuius[f] vtriuſque motus eſt actus.
3. phy. 18. Deinde Motor primus vt immobilis, hoc eſt, vt ma-
nens, ac omnino quieſcens, ad Phyſicum etiam per-
tinet; non ſolum quia mobile, ac immobile contra-
ria ſunt vtcumque ad inuicem; & contrariorum ea-
dem eſt diſciplina: nec non quia motiuum & mobile C
Præd. ſunt relatiua inter ſe; relatiuorum autem qui vnum,
d aliq. definite nouit, & alterum definite[g] noſcere tenetur:
3. phy. 16. verum etiam quia Mouentis[h], & Primi-Mouentis
1. phyſ. immobilitatem Ariſtoteles appellat[i] quietem: quies
11. & 99. vero non minus quam motus ad Phyſiologum perti-
net. Pręterea quicumque ponit differentiam inter
2. de an 146. aliqua duo, is neceſſario cognoſcit per ſe illud[k] v-
trumque ſeorſum, vt ait Ariſtoteles: modo Naturalis
1. phy. 73. Philoſophus ponit diſcrimen[l] inter Primum-Moto-

rem

A rem immobilem, quem ait mouere phyſice, ſed non eſſe phyſicum; & inter motorem mobilem, quem ſcribit mouere phyſice ſimul & eſſe phyſicum: adeoque Primi-Motoris immobilis conſideratio pertinet ad Phyſiologiam. Amplius Ariſtoteles in toto octauo Phyſicorum tractat fuſe de Primo-Motore immobili, cum [m] inueniens; inuentum explicans [n] immobilem omnino; [o] perpetuum; cauſſam [p] omnium motuum; maximeque [q] circularis; partem [r] eſſentialem eius, quod non mouetur ab alio, ſed a ſeipſo; [ſ] impartibilem; ſine [t] magnitudine, a qua pendeat; in ipſo mobili exiſtentem; & alia id generis.

B Ad primam probationem, concedentes Ariſtotelem dicere; [x] *Quæcumque non mota mouent, non amplius phyſicæ ſunt*; Negamus per Phyſicam ibi ſignificari Phyſiologiam; nam in eo textu duo ſunt, quę Phyſiologiam ab hoc cenſu penitus excludunt; vnum quidem eſt, quia ſtatim reddens rationem cur quæcumque non mota mouent, non amplius phyſicæ ſint, ait, *non enim in ſeipſis habentia motum, aut principium motus, mouent, ſed immobilia ſunt*: ſic enim excluderet a conſideratione Philoſophi naturalis omnia non ha-

C bentia in ſe motum, aut principium motus: adeoque materia prima, quæ in ſeipſa non habet motum, nec principium motus, non eſſet conſiderationis phyſicę; quinimmo generatim principia rerum naturalium, quæ vere ſunt nō habentia motum in ſeipſis, aut principium motus, non eſſent conſiderationis phyſicæ; pari ratione paſſiones rerum phyſicarum, quæ non habent in ſe motum, nec principium motus, non eſſent conſiderationis phyſicæ; nam reuera quę habent in ſe motum, & principium motus, Ariſtoteli [y] ſunt

ſola

[m] 8. phy. t. 44. & ſeqq.
[n] t. 52. & ſeqq.
[o] t. 45. & ſeqq.
[p] t. 47. & ſeqq.
[q] t. 53.
[r] t. 40. & ſeqq.
[ſ] t. 78. & ſeqq.
[t] ibid.
[u] t. 52. 84
[x] 2. phy. t. 71.
[y] 2. phy. t. 1. 2. 3. 4. &

.phy.t. 8. ſola corpora naturalia: ceterum ſcientia naturalis non conſiderat ſolum corpora naturalia, ſed etiam illorum paſſiones, & motus; adhuc autem & ipſorum principia; inter quæ prima materia collocatur, & Primus-Motor; vulgata ſententia Magiſtri legitur ita, [z] *Scientia de natura fere plurima videtur circa corpora & magnitudines, & horum paſſiones, atque motus: Adhuc autem circa principia, quæ talis ſubſtantiæ ſunt*. An Primus-Motor, qui rerum omnium principium eſt, a quo [a] principio tum cœlum, tum Naturam pendere dixit Ariſtoteles, negabitur eſſe principium ſubſtantiarum naturalium? Alterum eſt, quod ſtatim afferens Ariſtoteles obiecta ſpecialia partium præcipuarum totius Phyſiologiæ, ſubdit, [b] *Quamobrem tria ſunt negocia; hoc quidem circa immobile; illud vero circa mobile quidem, ſed incorruptibile; aliud autem circa corruptibilia:* Scilicet in Naturali Philoſophia tres ſunt præcipuæ partes; quarum vna libris de Auditu Phyſico compreheſa potiſſimum agit in octauo de Motore immobili; alia, quam continent libri de cœlo, tractat de Vniuerſo, quod eſt corpus mobile, ſed incorruptibile: tertia demum ceteros libros omnes naturales complectens, verſatur circa naturalia corpora corruptibilia, vti ſunt elementa, miſta non viuentia, animalia, & plantæ: neque enim potuit hoc in loco Phyſicus agens Ariſtoteles tranſcendere limites Phyſiologiæ, præſcribereque obiectum ipſi Metaphyſico: immo nec per immobile nunc nobis indicare potuit obiectum Metaphyſicæ, quia Metaphyſica non habet pro obiecto ens immobile, ſed ens abſolute, ſiue ens, vt [c] ens; quod diuiditur in mobile, & immobile. Ceterum verus ſenſus verborum Ariſtote-

Margin notes: z 1.cæl.t. ; a 12.met. 38. ; b 2.phyſ. 71. ; c 6.met. 1.

A B C

A ſtotelis, dum ait, [d] *Quæcumque non mota mouent, non amplius phyſicæ ſunt; non enim in ſeipſis habentia motum, aut principium motus, mouent, ſed immobilia ſunt:* germanus inquam horum verborum ſenſus eſt, quem Ariſtoteles ipſemet paullo poſt apertius affert, veluti ſemetipſum explicans, dum ait Primum Motorem immobilem non eſſe phyſicum, quia in ſe non habet principium motus; etſi phyſice moueat, & ſit phyſicæ conſiderationis; ait enim, [e] *Duplicia autem ſunt principia mouentia phyſice; quorum alterum non phyſicū eſt; non enim habet motus principium in ſeipſo: tale autē eſt, ſi aliquid mouet, quod non mouetur; vt id, quod penitus eſt immobile, & quod omnium primum eſt.* Sic igi- B tur eadem de re tractans paullo [f] antea Magiſter, & eamdem rationem propoſiti reddens, dum ait, quæcumque non mota mouent, non amplius ſunt phyſicæ ſpeciei ac ſubſtantię, quia in ſeipſis non habent motum, nec principium motus; cuiuſmodi eſſe res proprie phyſicas, & pure phyſicas [g] dudum conſtituerat: ratio vero huius dogmatis eſſe poteſt, quia quū nuperrime [h] dixiſſet Ariſtoteles, Phyſici proprium eſſe reſoluere naturales effectus in quodlibet genus cauſſarum, quæ quatuor ſunt, materia, forma, finis, C & efficiens; admonuiſſetque tres poſteriores in vnam coire plerumque, ita vt eadem res ſit forma conſtituens in eſſe aliquid, generans efficienſque aliud indiuiduum eiuſdem ſpeciei, & finis terminans generationem eius quod in eſſe conſtituitur, his notis, [i] *Cauſſæ autem quatuor ſunt, de omnibus eſt Phyſici cognoſcere; & ad omnes reducens ipſum propter quid, aſſignabit phyſice materiam, formam, ipſum mouens, & id cuius gratia.* Ab his non remouendus eſt Primus Motor

[d] 2. phy. t. 71.
[e] 2. phy. t. 73.
[f] 2. phy. t. 71.
[g] 2. phy. t. 1 2. 3. & 4.
[h] 2. phyſ. t. 71.
[i] ibid.



Digitized by Google

immobilis, quem conſiderat Phyſicus in octauo Phyſicorum, & ad quem reducitur æternus motus, velut ad ſuum propter quid; & æterno motui phyſice aſſignatur cauſſa Primus Motor immobilis: At quum immediate ſubdit Ariſtoteles de cauſſis a Phyſiologo conſiderandis, & afferendis phyſice ad effectus quoſcumque naturales, k *Veniunt autem tres in vnam plerumque; ipſum enim quid eſt, & id cuius gratia, vna eſt; ipſum vero vnde motus primum, ſpecie eadem eſt his; homo enim hominem generat:* Scilicet quatuor cauſſarum ad Phyſicum attinentium realitates ac eſſentiæ non ſunt adeo diſtinctæ, quin tres in vnam entitatem plerumque conueniant; quoniam eadem forma conſtituens in eſſe compoſitum naturale generabile, ſimul eſt finis terminans generationem eiuſdem compoſiti; ſed etſi non ſit ſimul cauſſa efficiens eiuſdem numero compoſiti generationem promouens; eſt tamen efficiens generationem alterius compoſiti eiuſdem ſpeciei; nam homo hominem generat: quum ergo ſic in vnam cauſſam conueniant forma & finis, in vnam inquam numero, & cum his efficiens in vnam ſpecie; ſolæ formæ rerum generabilium, quæ ſunt formæ ac res pure phyſicæ ſpeciei; habeantque in ſe, ſi non principium motus, ſaltem motum quoquomodo vel per ſe, vel per accidens, vel originis, vel interitus, vel alterationis, vel augmenti, & decrementi, vel lationis; ab hoc tamen cenſu remouentur quæcumque mouent, quum ipſa ſint immobilia: quare Magiſter afferens rationem, ob quam non dixerat tres poſteriores illas cauſſas in vnam conuenire ſemper, ac ſimpliciter, ſed ſolum *plerumque*; ſimul aperiens quando id contingat, & quando non, Addit, l *Atque omnino*

k ibid.

l 2. phy. t. 71.

A *nino quacumque mota mouent*, nimirum ſubcæleſtium omnium principia formalia, finalia, & effectiua, coincidunt in vnam entitatem, ſpeciemque pure phyſicã reſpectu eiuſdem generationis: *Quacumque autem nõ, non amplius phyſica ſunt* omnino ſpeciei: *non enim in ſeipſis habentia motum, aut principium motus, mouent, ſed immobilia ſunt*. Dixit autem quatuor cauſſarum tres tantum in vnam coincidere; quia materia, quum ex ſe ſit *m* potentia, diſtinctam habet entitatem a forma, quę actus eſt: quoniam vero ratio actus proprie competit etiam agenti, & fini; nam omne agens agit
B quatenus eſt *n* actu; & finis eſt actus *o* vltimo perficiens: ideo tres hę cauſſæ, materiam ſemper poteſtate nixam excludentes, in vnam entitatem ſolę plerũque conueniunt; dicit autem id plerumque, non ſemper euenire; quia contingit hoc ſolis formis ſubcæleſtium pure phyſicis, quæ plurimæ ſunt; quæque quum naturæ ſint, ac principia motus huiuſmodi vt in mouendo moueantur, ſaltem per accidens, abſolute quopiam motuum genere mouentur per ſe, dum ſcilicet oriuntur, & occidunt; matericiue a generante copulantur, & a corrumpente diſſociantur a mate-
C ria: non euenit autem hoc formis cęleſtibus, quæ ſũt immobiles omnino, adeoque Naturæ quidem *p* phyſice mouentes, non autem entitates phyſicę ſpeciei ſimpliciter exiſtentes; nam in genere formarum, quæ naturæ ſunt, ac principia motus, quæcumque non motæ mouent, eę non ſunt formæ pure ſpeciei ac ſubſtãtię, ſeu entitatis phyſicæ; quum in ſe non habeant vllum motum, vllumue motus principium; cuius ſolius participatione res dicuntur, ac vere ſunt naturales, *q* ac phyſicæ; ſed ſint omnino immobiles; pro-

Y 2 inde-

*m* 2. de an. t. 2.
*n* 3. phy. t. 17.
*o* 2. phyſ. t. 23. & ſeqq.
*p* 2. phyſ. t. 73.
*q* 2. phyſ. t. 4. 12.

indeque ſint formæ,quę non poſſunt eſſe generatrices ac effectrices indiuidui ſimilis eiuſdem ſpeciei ; A neque fines eius compoſiti naturalis, quod conſtituunt in eſſe; quia forma prorſus immobilis conſtituit in eſſe r Cælum, & ſ Mundum, adeoque compoſitum Ariſtoteli prorſus t ingenitum: Quare ſtatuens u Ariſtoteles formas,quę motæ mouent, eſſe pure phyſicas, & coincidere cum effectricibus indiuiduorum in eadem ſpecie conſimilium, in qua reperiuntur indiuidua a ſe conſtituta; nec non etiam cum fine terminante generationes indiuiduorum a ſe conſtitutorũ: formas vero,quæcumque non motæ mouent,non eſſe pure ſpeciei aut entitatis phyſicæ, quia non habẽt B in ſe motum vllum,vllumue principium motus; neque coincidere cum fine terminãte generatiões cõpoſitorum a ſe conſtitutorum, vel cum effectrice cõſimilium indiuiduorum in eadem ſpecie; ſic inquam ſtatuens Ariſtoteles,non ideo penitus interdicit Philoſopho Naturali conſiderationem formarum immobilium;ſecus ac probare conabatur vir Florens: *D*einceps eamdem cõfirmationem viri Floridi cludit aliá vocula textus, οὐκ ἔτι quæ ſignificat idem quod *non amplius,non ita,non eadem proportione* : profecto formæ,quęcumque mouentur, & mouent,ſunt Phyſicæ C conſiderationis (vt hoc diſputationi demus) omnino; quæcumque autem non motæ mouent, non amplius,ſeu non ita,nec eadem proportione ſunt phyſicæ conſiderationis; quia formas mobiles Phyſicus conſiderat abſolute,ac omnino,ac diligenter, & accurate; ſed formas immobiles contemplatur non ita diligenter, nec ampliori meditatione; nam talis earum diligentior conſideratio pertinet ad Metaphyſicum;

r 12.met. t.38.
ſ 1.meta. ſu.2.c.2. 12.meta. t.49.
t 1.cæl.t. 20. & ſeqq.
u 2.phyſ t.70.71.

A cum; quod pridem nos edocuerat Ariſtoteles inquiens, [x] *De principio autem ſecundum formam, vtrum vnum, an plura, & quot, aut quæ ſunt, cum diligentia Primæ Philoſophiæ opus eſt determinare: quapropter in illud tempus reponatur*. Primus ergo Motor immobilis, & a Phyſico conſideratur, & a Metaphyſico, licet ab hoc diligentius. Ad ſecundam confirmationem negati dogmatis, obſeruamus Ariſtotelem in allegato loco dicentem, [y] *Eſſe entium quædam ingenerabilia, & omnino immobilia, magis eſt alterius, atque prioris, quam Naturalis conſiderationis*: non omnino negare Naturali Philoſopho conſiderationem formarum penitus immobilium, vt obijcitur; ſed tantum aſſerere talium conſiderationem diligentiorem pertinere ad priorem Philoſophiam, quæ Metaphyſica dicitur; vtcumque tamen, propria quadam ratione pertinere quoque ad Naturalem ſcientiam; ſcilicet, quum illa entia conſiderari poſſint ſub ratione mouentium, ſeu quatenus ſunt principia [z] prima motus, adeoque [a] Naturę; tunc attinere ad Naturalem Philoſophum; qui de illis agit ex profeſſo fuſeque in [b] octauo Phyſicorum: quumque præterea ſpectari valeant ſub ratione entium immobilium, ac ſubſtantiarum ingenerabilium; tunc ad [c] Phyſicum quidem attinere, ſed magis, ac potius ad Metaphyſicum. Quā ſententiam olim atrulerat etiam Ariſtoteles inquiēs non ſolum, [d] *Quæcumque autem non* mota mouent, *non amplius phyſicæ ſunt*, vt nouiſſima explicatione probauimus; ſed etiam multo prius aſſerens, [e] *De principio ſecundum formam, vtrum vnum, an plura, & quot, at quæ ſunt, cum diligentia Primæ Philoſophiæ opus eſt determinare: quapropter in illud tempus reponatur*; vt nu-

[x] 1. phyſ t. 83.
[y] 3. cæl. t. 2.
[z] 8. phyſ t. 3.
[a] 2. phyſ t. 3.
[b] t. 40. & ſeqq.
[c] 8. phyſ. t. 21. & ſeqq.
[d] 2. phyſ t. 71.
[e] 1. phyſ t. 83.

vt nuper vidimus, nempe de Prima forma, quę eſt A
f 8. phyſ. 3. primum f principium, vtrum vna ſit, an multiplex, & quot, & quæ ſint, vtcumque tractare pertinet quidem ad Naturalem Philoſophum, qui talem theoriã
g tex. 48. habet in octauo Phyſicorum dicens, g *Si igitur perpetuus motus eſt, perpetuum erit & mouens primum, ſi vnũ eſt; ſin vero plura, plura perpetua: vnum autem magis, quam multa; & finita, quam infinita oportet exiſtimare: eiſdem enim accidentibus, ſemper finita magis accipere oportet: in ijs enim, quæ natura ſunt, oportet finitũ, & id, quod melius eſt, ſi contingat, eſſe magis: ſuffiçiẽs autem eſt, etiam ſi vnum, quod quum primum immobi-* B
h tex. 49. *lium perpetuum ſit, erit alijs principium motus.* h *Manifeſtum autem eſt ex hoc, quod neceſſe eſt eſſe aliquid vnum, & perpetuum Primum Mouens.* At vero diligẽtior theoria de numero, & natura Primorum Mouentium immobilium; ac de vnitate primę formæ, ac Primi Mouentis omnium, habetur in Metaphyſica
i 12. met a t. 42. ad 56. pluribus i contextibus; quam longiorem tractationẽ non eſt vt hic referamus; eam poterit quilibet a ſemetipſo in fonte videre: Quare de Motore immobili tum Phyſicus, tum etiam Metaphyſicus agit, ſed hic illo diligentius. Obſeruamus deinde Magiſtrũ C
k 3. cæl. t. 2. eo k loci non agere formaliter de Primo Motore immobili, de quo nunc nobis inſtituta eſt diſputatio; ſed de entibus immobilibus; quæ vt damus potius ad Primam Philoſophiam attinere, quæ tractat ex profeſſo de ente prout ens eſt, quam ad Phyſiologiã, quæ tractat de rebus ad motum attinentibus: l ita di-
l 3. phyſ. t. 1. cimus m hinc ab Ariſtotele non haberi Primum Mo-
m 3. ca. t. 2. torem immobilem magis ad Metaphyſicum ſpectare, quam ad Naturalem Philoſophum. Ad tertiam confir-

A confirmationem concedentes Ariſtotelem fateri, *quod*[n] *ſi quippiam eſt immobile, & perpetuum, & ſeparabile, patet quod ſpeculatiuæ eſt cognoſcere; & non Naturalis: de mobilibus namque quibuſdam Naturalis eſt.* &c. Negamus ideo Magiſtrum interdicere ſpeculationem Primi-Motoris immobilis Naturali Philoſopho; ratioque negandi multiplex eſt; prima quidē, quia ibi Philoſophus agit non formaliter de Primo Motore immobili, de quo controuerſia nobis eſt in pręſentia; ſed de ente immobili, perpetuo, & ſeparabili; cuius contemplatio vere non eſt Phyſiologica, B ſed Metaphyſica. Altera vero eſt, quia Philoſophus ibi non agit de quacumque notitia rerum immobilium, & ſeparatarum; ſed de illarum definitione; quæ certe non attinet ad Phyſicum, qui non poteſt [o] abſtrahere a materia; quum definiat omnia vt [p] ſimū; ſed ad Metaphyſicum, qui definit vt curuum, reſque conſiderat a motu, & a materia ſeparatas; vt conſtat ex verbis eiuſdem contextus, ita ſe habentibus, [q] *Oportet autem vt non lateat, quomodo ipſum quid erat eſſe, & ratio ſit: nam abſque hoc quærere, nihil eſt facere. Eorum igitur, quæ definiuntur, & ipſorum quid* C *eſt, quædam quidem ita ſunt, vt ipſum ſimum, quædam vt ipſum concauum: differunt autem hæc, quoniam quidem ſimum vna acceptum eſt cum materia; eſt enim ſimū concauus naſus; concauitas vero abſque materia ſenſibili. Si cuncta igitur naturalia ita vt ſimum dicuntur, vt naſus, oculus, facies, caro, os, omnino animal; folium, radix, cortex, omnino planta (nullius enim eorum ratio abſque motu, ſed ſemper habet materiam) manifeſtum eſt quomodo in naturalibus oportet ipſum quid eſt quærere, & definire; & cur etiam de quadam anima ſpeculari Na-*

n 6. met. t. 2.

o 2. phyſ. t. 18.

p 2. phy. t. 19.

q 6. met. t. 2. init.



Digitized by Google

*ri Naturalis eſt; quæcumque non ſine materia. Quod igitur Naturalis ſpeculatiua eſt; ex his patet. Sed & Mathematica ſpeculatiua eſt; verum ſi immobilium, & ſeparabilium, adhuc non eſt manifeſtum: quod autem aliqua Mathematica, prout immobilia, & prout ſeparabilia ſunt ſpeculatur, dilucidum eſt: Quod ſi quippiam eſt immobile, & perpetuum, & ſeparabile, patet quod ſpeculatiuæ eſt cognoſcere; & non Naturalis eſt; de mobilibus namque quibuſdam Naturalis eſt;* &c. Modo concedentes Naturalem Philoſophiam non definire res immobiles, & ſeparatas, quæ ſine motu, & ſine materia definiuntur; non videmus quomodo nunc Ariſtoteles neget a Phyſiologo conſiderari, ac ſi placet etiam definiri Primum Motorem immobilem; quia formaliter Primus Motor conſiderari, definiriue non poteſt ſine motu, & ſine materia mobili; quare definitio eius erit vt ſimum, apta Phyſiologo. Tertia ratio eſt, quia nunc Ariſtoteles interdicit Naturali Philoſopho contemplationem non ſimpliciter immobilium, & perpetuorum, ſed quæ ſimul ſunt ſeparabilia a materia: Primus autem Motor immobilis eſt penitus inſeparabilis (vt [r] vidimus) a Mundo, a Cælo, adeoque à materia mobili; cum qua facit vnum corpus naturale perpetuum a [ſ] ſeipſo ſemper mobile, ſeu in qua promouet motum perpetuum: Quare locus hic Ariſtotelis non officit noſtræ ſententiæ de natura Primi Mouentis immobilis ad Phyſicum attinentis. Quarta ratio eſt petita ex vltimis verbis contextus, in quibus apparet Ariſtotelem loco [t] citato tractare de proprijs harum Scientiarum obiectis; aſſignareque Naturali conſiderationem rerum mobilium, & materialium; Metaphyſicæ vero ſpeculationem rerũ imma-

[r] cap.2.

[ſ] 8. phyſ. t.34. & ſeqq.

[t] 6. meta. t.2.

A B C

A immaterialium & immobilium, hoc eſt entitatum omnium in ſeipſis abſtractarum ab accidente ſibi materialitate, ac motu: Ceterum præter obiecta ſua, conſiderant etiam Scientiæ ſingulæ ſuorum obiectorum partiumque obiecti ſui tum paſſiones cunctas, tum etiam principia; inter quæ principia rerum mobilium aliqua poſſunt eſſe immobilia: talis eſt certe Primus Motor, qui a Naturali conſideratur, non quidem vt obiectum ſcientiæ Phyſicę, nec vti pars integrans illud obiectum, ſed vt Principium conſtituẽs Mundum, ac cælum, producensque motum naturalem ęternum, adeoque vt Natura ſuprema.
B

### *Primo Motori non ideo negari debere Naturæ nomen, ac rationem, quia ſit id, a quo Natura dependet: vnde diluitur ſeptima dubitatio. Cap. VIII.*

AFferebatur vlterius alia ratio probans Primum Motorem immobilem non eſſe vere, proprieque Naturam; quia perſpicuis verbis [a] Ariſtoteles confitetur, Primum Motorem immobilem eſſe tale a 12. meta. t. 38.
C principium, a quo tum cęlum, tum Natura dependet; quum itaque nihil a ſemetipſo dependere valeat; iam certum eſt Ariſtoteli Primum Motorem immobilem non eſſe Naturam. Sed huic rationi concedentes, nihil a ſemetipſo dependere poſſe; danteſque verum eſſe dogma Philoſophi dicentis Primum Mouens immobile eſſe tale principium, a quo tum cælum, tum Natura dependet: admonemus Ariſtotelis dictum nō eſſe intelligendum vniuerſaliter ex parte quæſiti, ſed particulariter, vt ita loquar; nempe non ait Ariſtote-



Digitized by Google

les a tali principio pendere cęlum, & omnem abſolu- A
te Naturam, ſed naturam indefinite; quum enim
cælum ſit corpus in ſe naturam habens, nomine natu-
ræ a cælo contradiſtinctæ ſignificauit Ariſtoteles na-
turam elementarem: quum etenim omnia naturalia
corpora pendeant a Primo Motore; tam cæleſtia, quã
ſubcæleſtia; tale quid indicaturus Ariſtoteles ait, A
tali principio, quod eſt Natura ſuprema & immobi-
lis, pendere cælum, & Naturam cælo inferiorem, ac
b 1. cæl. mobilem; quam Auerroes appellaret Naturam [b] Na-
com.t.2. turatam: nihil autem inconueniens eſt *N*aturam na-
turatam, hoc eſt dependentem, dependere a Natura, B
quam Seniores barbaro ſatis vocabulo Naturantem
appellarunt, independentemque cenſuerunt: ita Deũ
ſub ratione Primi-*M*ouentis non male ſignificantes.
Vel potius quum inter ſignificata Naturæ tria pręci-
c 5.meta. pue legantur apud [c] Ariſtotelem aſſerentem Naturam
t.5. vno modo dici Generationem; alio modo principiũ
effectiuum motus in rebus naturalibus; tertio modo
ſubſtantiam eorum, quæ natura ſunt; inter quas tres
Naturas ea eſt ſubordinatio, quod a cauſſa motrice
pendet ſubſtantia mobilis, & motus in ea factus; id
ſignificaturus Ariſtoteles in præſtantioribus naturis, C
ait, [d] A tali principio motus æterni, quod eſt Primũ
d 12.me- *M*ouens immobile perpetuum, ſiue *D*eum ſumas, ſiue
ta.t.38. Intelligentiam ſecundam, pendet tum cælum, ſeu no-
e 1.cæl.t mine cæli Mundum [e] vniuerſum intelligas, ſeu corpus
97. cæleſte; tum Natura ideſt Generatio vniuerſim ſum-
12.meta. pta, proindeque motus abſolute; nam motus quilibet
t 49. Ariſtoteli dicitur [f] generatio quædam ſui termini ad
f 8.phyſ. quem: a ſummo vero Deo pendere Vniuerſum, tam-
t.24. quam a [g] prima forma, vnde rebus omnibus pendet
g 12.me-
ta.t.49. eſſe

A eſſe, & viuere, clarè docuit Ariſtoteles [b] alibi. Nec illud hic omittendum eſt, nos in opere De [i] Immortalitate Animorum fuſe comprobaſſe Magiſtrum loco [k] allegato nomine Naturæ ſignificare ſpeciatim animam rationalem, quæ, vt Cælum, a Deo Primo Mouente dependet immediatè, ceu Natura ſecunda a Natura Prima; diceret [l] Auerroes cum ſuis ſectatoribus non ita Latine ſcribentibus, ceu Natura naturata a Natura Naturante: ad quam explicationem remittimus Lectorem; qui ſi ſapiet, optimè noſcet, ſat illud in pręſentia nobis eſſe Ariſtotelem hic [m] non B aſſerere, A Primo Mouente pendere omnem Naturã: & non eſſe inconueniens ab vna Natura pendere Naturam aliam.

*b* 1. cæl. t. 100.
*i* lib. 2. c. 46. & 62.
K 12. meta. t. 38.
*l* 1. cæl. com. t. 2
*m* 12. meta. t. 38.

*Naturæ nomen, & ratio non ideò tollenda eſt a Primo Mouente, quod ipſum a* Natura *efficiente contradiſtinxerit Ariſtoteles: Quare dirimitur octaua difficultas. Cap. IX.*

DIfficultatem & illud contra noſtrum dogma facere videbatur non paruam, quod Ariſtoteles C euidentiſſime diſcernit Deum a Natura rerum omniũ effectrice, dum inquit, [a] *Deus, &* N*atura nihil fruſtra faciunt*: Primus ergo Motor immobilis, qui Deus eſt, verè Natura non eſt. Verum paucis. Quum effectus omnes naturales phyſice fiant a [b] Natura; Natura vero producens phyſice naturales effectus quoslibet gemina ſit; alia quidem particularis, cuius efficientia determinata eſt ad talem, vel talem effectum promouendum; quę Natura particularis eſt multiplex ad multitudinem ſpecierum, vel etiam indiuiduorũ

*a* 1. cæl. t. 32.
*b* 2. phyſ. t. 1.



Digitized by Google

producendorum; & communi nomine dicitur cauſſa A
ſecunda, quia nihil operatur niſi gubernata ab vni-
uerſali cauſſa: alia vero eſt Natura Vniuerſalis; cuius
efficientia nullis terminis coercetur, ſed omnium na-
turalium euentuum ſemper productiones promouet;
quorum alios ex ſe ſe producit immediate, alios con-
currens ad operandum cum cauſſa particulari, ſiue cũ
Natura particulari: Hęc autem vniuerſalis Natura,
c 1. de part. c. 1. rerum omnium naturalium [c] parens & opifex, concur-
rens cum ſingulis cauſſis ſecundis, Naturiſque parti-
cularibus ad quoslibet naturales effectus producen-
dos, vnica eſt; & eſt cauſſa omnium prima, ſiue cauſ- B
ſa cauſſarum, ac omnino Deus optimus ſub ratione
Primi-Motoris immobilis; qui Primus Motor vt effe-
ctor omnium rerum naturalium eſt Natura vniuerſa-
lis, independens, ac prima, ſiue ſuprema, quam bar-
baro vocabulo ſeniores Latini Naturantem cogno-
minabant: Quum itaque naturales euentus omnes ab
hac duplici Natura fiant; probaturus Ariſtoteles v-
tramque Naturam nihil agere præter finem, ac teme-
d 1. cæl. t. 32. re, ſcribit, [d] *Deus, & Natura nihil fruſtra faciunt*; Dei
nomine ſignificans Naturam vniuerſalem illam pri-
mam, ſupremam, & independentem; Naturæ nomi- C
ne generico ſignificans omnem naturam ſecundam,
particularem, & dependentem, eo prorſus nomine,
e 2. phyſ. t. 57. quo [e] pridem Fortunę nomine ſignificauit Caſum in
actionibus humanis ab Intellectu factis per electio-
nem; & nomine Caſus generico ſignificauit Caſum
in operationibus ſine electione factis a Natura infra
f cap. 6. Intellectum agente: vt [f] antea vidimus. Ariſtotelem
g 1. cæl. t. 22. vero in [g] allegato loco Phyſiologi perſonam haben-
tem agere de ſummo Deo quatenus effector eſt omni-
um

A um rerum naturalium, atque adeo *N*atura ſeu Cauſſam communis & prima, Primuſque Motor *b* omnia mouens, certiſſimum eſt vnicuique. Sic igitur Primus Motor *D*eus *N*atura prima, cauſſaque communis rerum omninm phyſicarum; & *N*atura quælibet ſecunda, nihil fruſtra faciunt Ariſtoteli. *b* 12. me t. 24.

*Nomen, & rationem Naturæ non interdici ſummo Deo ab Ariſtotele, cui Natura dicitur eſſe Dæmonia, non autem Diuina. Quare ſoluitur oppoſitio nona. Cap. X.*

B POſterius autem & ea ratione proſcindi videtur allatum dogma, conſtituens Primum Motorem Deum eſſe vere Naturam; quoniam Ariſtoteles perſpicuis verbis aſſerit Naturam non eſſe Diuinam; ſi enim Primus Motor ille, qui Deus eſt, eſſet vere, proprieque Natura; iam ipſa hęc Natura foret vere Diuina; ſed Ariſtoteli Natura Dæmonia eſt, non autem *a* Diuina; quare non eſt in Peripato dicendũ, Primum Motorem *D*eum eſſe proprie Naturam. Cui quidem rationi breuiter occurrentes dicimus Ariſtotelis conſilium eſſe loco citato demonſtrare ſomnia, *a* de diuin. per ſomn. c. 2.
C quibus aliqui præuident futura, ac omnino ſomnia non mitti a Deo, ſed eſſe puros effectus Naturæ infra *D*eum; Naturę tamen cognoſcentis, quam ipſe dæmoniam appellat; ait enim, *b Omnino autem quoniam & aliorum animalium ſomniant quædam, a Deo vtique miſſa non erunt ſomnia; neque facta ſunt huius gratia; Dæmonia tamen; Natura enim Dæmonia, non Diuina: ſignum autem, valde enim degeneres homines præuidentes ſunt, & recte ſomniantes, tamquam Deo non mittente.* *b* loc. c

*Sed*

*Sed quorumcumque quaſi loquax Natura eſt, & melancholica, multimodas viſiones vident*: Vbi plane conſtat Ariſtotelem hic agere non de Natura generatim, ſed ſpeciatim de Natura effectrice ſomniorum in hominibus etiam improbis: Quum autem ſomnia ſint effectus phantaſiæ, quæ facultas eſt & Natura cognoſcens, & [c] intellectui proxima: quin & aliquando

c 2. de an. t. 162. & 3. de an. t. 48.

ſomnia quum ſint effectus intellectus humani; quumque intellectus cuique, ac phantaſia veteribus diceretur *D*ęmon, ac Genius vniuſcuiuſque; nam apud Ariſtotelem alibi legimus, [d] *Atque etiam argumentum ducendum eſt a notatione verbi; quæ multo aptius videatuo vim verbi explicare, quam id ipſum, ad quod ſignificandum impoſitum eſt; veluti* εὔψυχον, *non fortem, vt tritum eſt, ſed eum, qui bene animo ſit affectus; &* εὔελπιν, *eum, qui bona expectat. Itemque* εὐδαίμονα, *eum eſſe, cui Dæmon ſit bonus; quemadmodum Xenocrates* εὐδαίμονα *ait eſſe eum, cui animus bonus datus ſit; eum enim Dæmona eſſe cuique*. Sic igitur agens [e] hic Ariſtoteles de Natura ſomniorum verorum procreatrice in hominibus, recte ſcribit eiuſcemodi Naturam non eſſe *D*iuinam, quia *D*eus talia ſomnia non mittit; quū accidant hominibus etiam improbis; ſed *Dæmoniā*, hoc eſt humanam, ſeu cognoſcentem, ac intelligentem infra *D*eum; Dęmon enim, qui *D*eus non eſt apud Antiquos, eſt cuiuſque Genius, ac omnino humanus animus: quod patet ex Alexandro Aphrodiſeo, cui [f] *Mos eſt hominum Dæmon, hoc eſt Natura ſecūdum Heraclitum; nam vt plurimum ad naturales conſtitutiones, & diſpoſitiones conſequenter & actiones, & vitas, & ipſorum exitus videre licet; nam ei, qui pericula diligit, & natura Audaci violenta aliqua, & vt plurimū mors;*

d 2. top. ca. 2. loc. 19.

e de diu. per ſom. cap. 2.

f de fato cap. 4.

A *mors; hoc enim eſt Naturæ fatum; at ei, qui Intemperatus natura eſt, in hiſce voluptatibus degere: Incontinentium quoque vita, ne quid melius in ipſa factum ab ea, quæ ſecundum naturam, mouerit, dolores ſuſtinebunt, & mala patientur, & in talibus exitus rurſus vitæ ſecundum Fatum ſunt, &c.* Vnde conſtat hominis Naturam veteribus dici vnicuique Dæmonem, ac fatum proprium. Illud autem inſuper hic [g] obſeruamus, Ariſtotelem non abſolute negare ſomnia mitti a Deo; quia Deus optimis hominibus ex Ariſtotelis ſententia ſomnia mittere poteſt; id enim paullo prius innuerat Philoſophus inquiens, B *De Diuinatione vero, quæ in ſomnis fit, & dicitur accidere a ſomnijs, neque contempſiſſe facile, neque ſuaſum eſſe: nam quod omnes quidem, vel plures exiſtimant habere aliquam ſignificationem ſomnia, præſtat fidem, tamquam ab experientia dictum. Et quod de quibuſdam ſit Diuinatio in ſomnijs, non eſt incredibile; habet enim aliquam rationem; Ideo & de alijs ſomnijs ſimiliter vtique quis arbitrabitur. Nullam vero rationabilem cauſſam videre, ſecundum quam vtique fiat, hoc non credere facit: Nam Deum quidem eſſe mittentem, cum alia irrationabilitate, & non optimis & prudentiſſimis, ſed quibuslibet mittere inconueniens.* C *Ablata vero, quæ a Deo, cauſſa, nulla aliarum conueniens eſſe videtur cauſſa; quandoquidem eorum, qui ſecus Herculeas Columnas, & qui in Boryſthene prauidere aliquos, ſupra noſtram videatur eſſe prudentiam inuenire originem horum.* Scilicet (vt latius explicauimus in [i] opere noſtro De Gradu Pietatis Ariſtotelis erga Deum, & homines) non negat Ariſtoteles, at concedit aliquando mitti a Deo ſomnia vera & diuinatoria probis hominibus; verum dum [k] poſtea ſcribit Naturam ſomnio-

rum

g de di per ſon cap. 2.

h de di per ſon cap. 1.

i cap. 1

K de di per ſon cap. 2.

rum verorum effectricem in hominibus omnibus, etiã peſſimis, non eſſe Diuinam, ſed *Dæmoniam*, tunc negat tum *Deum* mittere ſomnia vera quibuslibet hominibus: tum Deum, quando mittit ſomnia, fungi officio Naturæ: tum etiam Naturam ſomniorum effectricem in hominibus abſolute non eſſe *Diuinam*, ſed humanam, quam Veteres [l] Dæmoniam cognominabant. Quare ad argumentum concedentes Deum ſub ratione Primi Motoris eſſe vere Naturam; negamus ideo fieri vt Natura, quæ ſomnia mittit omnibus hominibus vera ſomniantibus, Diuina ſit: Ad Ariſtotelis autoritatem dicimus Philoſophum aſſerentẽ Naturam eſſe Dæmoniam, non autem Diuinam, non loqui de Natura generatim ſumpta, quę de Primo Mouente quoque vere prędicatur; ſed de illa Natura ſpeciali, quę ſomnia facit in omnibus hominibus vera præuidentibus in ſomnio; quę Natura non eſt Diuina, ſed Dęmonia, hoc eſt humana infra Deum cognoſcens, & intelligens; quam Alexander non ſolũ [m] Dæmonem, ſed etiam Fatum cuiuſque nuncupat.

A

l 2. top. c. loc. 19.

B

m de fato cap. 4.

*Primo Mouenti Deo non ideo negari Naturæ nomen, ac rationem, quia non ſit pars corporis naturalis, ob ſummam perfectionem; ex quo reſpondetur decimæ difficultati. Cap. XI.*

C

DEnique vero maximam decumanum illud argumentum in propoſito difficultatem facere videtur, quod Natura, quę Primus Motor dicitur, eſt neceſſario pars interna & eſſentialis corporis naturalis ſemetipſum mouentis, ex Ariſtotele non [a] vno in loco: ſed ipſe *Deus* nulla ratione dici poteſt pars corporis

a 2. phyſ. t. 3. 8. phyſ. t. 20. & ſeqq.



Digitized by Google

A ris naturalis; quum pars vnaquæque ſuum ad totum relata contineat imperfectionem; quæ nulla poteſt aſſignari *Deo*, vt oſtendit[b] Ariſtoteles: Primus itaque Motor Deus in Peripato non eſt vere proprieque Natura. Profecto partem ſemper eſſe quid imperfectũ, aperte conſtat ex eodem Ariſtotele, cui tum, [c] *Totum, & perfectum aut idem penitus, aut proxima natura ſunt*: tum, [d] *Omnia, & omne, & perfectum, ſecundum formam non differunt ab inuicem*: tum, [e] *Perfectum eſt, extra quod non eſt vllam accipere particulam*; modo totius vnaquæque pars eſt extra partem aliam ſibi comparẽ: B tum etiam, [f] *Totum cuius nulla pars eorum abeſt, ex quibus totum natura dicitur*. Sed & Deum non eſſe partẽ eſſentialem vllius rei, clare conteſtatur *Diuus* Thomas inquiens, [g] *Deus eſt in omnibus rebus, non quidem ſicut pars eſſentialis, vel ſicut accidens, ſed ſicut agens adeſt ei, in quod agit*. Ceterum hęc noſtrum dogma non proſcindunt, Concedentes enim Primum Motorem immobilem, qui Deus eſt, eſſe partem internam, ac eſſentialem corporis naturalis ſeipſum mouentis; quod apertis verbis nos edocet Ariſtoteles, his notis in libro de Mundo (quem eſſe genuinum Ariſtotelis C [h] alibi late probauimus.) [i] *Reſtat vt ſummatim de cauſſa differamus, quæ cunctarum ipſa rerum vim habet tutricem & continentem, quemadmodum cetera perſtrinximus. Flagitij enim inſtar eſſet, quum de Mundo diſſerere inſtituerim, tractatu ſi minus exquiſito fortaſſe, at certe qui ſat eſſe poſſit ad formulam doctrinæ craſſiorem, intactam præcipuam Mundi partem, principemque præterire. Vetus igitur ſermo eſt, a maioribuſque proditus inter omnes homines, Vniuerſa tum ex Deo, tum per Deum conſtituta fuiſſe, atque coagmentata; nullamque naturã*

b 1. cæl t. 100.
c 3. phyſ t. 64.
d 1. cæl t. 3.
e 5. meta. t. 21.
f 5. meta t. 31.
g 1. p. q. 8 ar. 1. 1 C.
h lib. 2. Aen. Ari. Alleg. Peri. c. 5.
i de Mũd. c. 7.



Digitized by Google

*ſuis inſtructam ad ſalutem eſſe poſſe, qua cura Dei præſidium ſuæ ipſa demũ tutelæ permiſſa ſit.* Danteſque Deo nullam ineſſe prorſus imperfectionem: Negamus partem quamlibet in relatione ad totũ includere quãdam imperfectionem: Nam vt totum triplicis eſt generis, integrale, ſeu quantitatiuum appellatum; eſſentiale, ſeu definibile; & potentiale, ſeu [k] vniuerſale: Sic vnicuique toti ſuæ partes correſpondentes in tria genera referũtur; nam aliæ ſunt partes integrales, ſeu quantitatiuę; alię ſunt eſſentiales; aliæ potentiales; inter quæ partium genera diſcrimen illud intercedit, quod vnaquæque pars totius potentialis eſt perfectior ſuo toto; quia minus participat de potentia, & magis de actu; quo nomine primum Ariſtoteles ait, [l] ſingularem ſubſtantiam eſſe magis ſubſtantiam quam ſit vniuerſalis; eamque proprie, principaliter, & maxime ſubſtantiam eſſe; quibus innuit aperte ſubſtantias indiuiduas eſſe perfectiores ſubſtantijs vniuerſalibus, adeoque partes toto potentiali; quæ maior perfectio conſtituitur in eo, quod indiuidua ſubſtantia eſt ſimpliciter ſubſtantia; vniuerſalis vero, ſiue ſpeciem, ſiue genus accipias, non eſt pure ſubſtantia, ſed admiſtum quid habet accidentariæ naturę, qualitatis nimirum, licet non ſit pura qualitas; vt aſſerit idem Philoſophus, cui, [m] *Omnis ſubſtantia videtur hoc aliquid ſignificare: In primis igitur ſubſtantijs indubitabile, & verum eſt, quod hoc aliquid ſignificant; indiuiduũ enim, & vnum numero eſt quod ſignificatur: In ſecundis vero ſubſtantijs videtur quidem ſimiliter appellationis figura hoc aliquid ſignificare, quando quis dixerit hominem, vel animal; non tamen verum eſt, ſed magis quale aliquid: neque enim vnum eſt quod ſubiectum eſt, quẽ*

*admo-*

[k] 1. phyſ.

[l] præd. ſubſt.

[m] ibid.

A *admodum prima ſubſtantia; ſed de multis homo dicitur,*
*& animal: Non autem ſimpliciter quale quid ſignificat,*
*quemadmodum album (nihil enim aliud ſignificat album,*
*quam qualitatem) at ſpecies, & genus circa ſubſtan-*
*tiam qualitatem determinant: qualem enim quamdam*
*ſubſtantiam ſignificant: plus autem in genere determi-*
*natio fit, quam in ſpecie; dicens enim animal plus com-*
*plectitur, quam qui hominem;* Nimirum vniuerſalitas
eſt quædam qualitas contradiſtincta a natura ſubſtā-
tiæ; quo factum eſt vt ſubſtantia vniuerſalis pure ſub
ſtantia non ſit, ſed ſubſtantia qualitate affecta; pro-
indeque minus ſubſtantia, quam ſubſtantia ſingula-
B ris, in qua ſingularitas non eſt accidens, nec vlla qua-
litas, ſed ipſamet entitas ſubſtantiæ; nam vnum &
ens conuertuntur, nec vnum additum ſubſtantiæ com
poſitionem facit; hæc enim eſt conditio tranſcenden-
tium: Quum autem Ariſtotele doctore ſubſtantia pu-
ra ſit quid longe præſtantius quocumque accidente,
longeque perfectius aggregato quomodocumque ex
ſubſtantia & accidente; quum accidens *n* non enti
propinquum eſſe videatur; & ſubſtantia ſit *o* ens præ- *n* 6.me t. 4.
cipuum, primum; cetera vero minus entia ſint; adeo- *o* 7.met t. 2.
que minus bona, minuſque digna; propterea ſubſtan-
C tia ſingularis eſt vniuerſali perfectior; adeoque pars
toto potentiali ſuo præſtantior eſt. Deinde Philoſo-
phus idem aſſerens, *p Cuius enim differentiæ magis hoc* *p* 1. de
*aliquid ſignificant, magis ſubſtantia eſt; cuius autem* gen. t. 1
*priuationem, non ens:* aperte comprobat indiuiduam
ſubſtantiam eſſe digniorem vniuerſali, ob rationem
nuper allatam. Deinceps hoc idem Porphyrius con-
teſtatur inquiens *q* ſpeciem magis participare de dif- *q* cap.
ferentia, quam genus; quoniam genus habet diffe- diff.

Aa 2 ren-

rentias potentia, ſpecies actu; differentia vero formæ A
rationem obtinet, ac perfectionem indicat: quum
itaque ſpecies ad genus relatę ſint partes totius potẽ-
tialis: iam ſatis conſtat partes non eſſe ſemper ſuo to-
to imperfectiores; at ſpeciatim partes quaſcumque
totius potentiales eſſe toto ſuo perfectiores. Viciſſim
autem vnaquæque pars integralis, ſiue quantitatiua
ſuo toto ſemper eſt imperfectior, quia ſemper poten-
tiam dicit ac priuationem integritatis: vnde pridem
Ariſtoteles aſſeruit, r *Ex duobus potentia fieri vnum a-*
7. me- *ctu, vt ex duobus dimidijs potentia*: potentia vero ſem-
a.t.49. per adiunctam habet vt priuationem actus, cui oppo- B
nitur, ſic & imperfectionem; ſi conferatur cum actu;
qui perfectio eſt. At vero partes totius eſſentialis,
quæ duæ ſunt, materia, & forma; neque ambæ toto
ſuo digniores ſunt, vt partes potentiales; neque am-
bæ toto ſuo ſunt imperfectiores, vt partes integrales;
at medio modo ſe habent; quia earum vna perfectior
eſt ſuo toto, altera eſt eo imperfectior; nam materia,
ſ2. de a- quum ſ potentia ſit, ſemper eſt imperfectior toto com-
ni.t.3. poſito, quod eſt actu; forma viciſſim, quæ actus eſt,
ſemper eſt perfectior toto compoſito, quod ob mate-
riæ participationem ſemper aliquid poteſtatis, & im-
perfectionis in ſe continet: quocirca Philoſophus ad- C
1. cæl. notauit t Omnia, & omne, ſeu totum, & perfectum
.2. non differre ab inuicem ſecundum formam, ſed ſecũ-
dum materiam hoc etiam ſenſu. Quare partes, quæ
in relatione ad totum dicunt imperfectionem, ſunt
ſolum partes integrales, quantitatiuæ nuncupatæ; ac
inter eſſentiales pars vna materialis: partes vero to-
tius potentialis, & pars illa totius eſſentialis, quę for-
ma dicitur, ſingulæ ſunt ſuo toto perfectiores. Vn-
de

A de non ſolum de forma ſi loquebatur [u] Heſiodus, & ex Heſiodo [x] Plato, recte dixerunt Dimidium eſſe plus toto: ſed etiam Ariſtoteles agens de Intellectu, qui forma [y] eſt hominis, ait ipſum præſtantiorem eſſe toto compoſito homine his notis, [z] *Ac talis quidem vita*, quæ traducitur ex intellectu contemplatiua, *præſtantior eſſet, quam homini conueniat: non enim quatenus homo eſt, ita viuet; ſed quatenus diuinũ quid in ipſo ineſt: Quanto autem id præſtat compoſito, tanto quoque eius operatio ab operatione diſtat, quæ ex virtute alia exiſtit. Si igitur intellectus diuinum quid eſt, ſi ad hominẽ reſpiciamus; B ſic vita, quæ ex intellectu traducitur, ſi humanæ vitæ comparemus, diuina etiam ipſa eſt. &c.* Vnde recte negauimus partem quamlibet ad ſuum totum comparatam includere quamdam imperfectionem; quum pars potentialis, & pars eſſentialis illa, quæ forma dicitur, ſit perfectior ſuo toto: Modo Primus Motor Deus, quatenus eſt Natura, rationem obtinet partis tum totius potentialis; nam in genere Mouentium primorum immobilium *Deus* eſt vna ſpecies, ac vnum [a] indiuiduum: tum totius eſſentialis, quæ [b] forma dicitur; quia Primum Mouens immobile penitus eſt forma eius, quod a [c] ſeipſo mouetur, ac omnino [d] prima forma C conſtituens in eſſe [e] Mundum, ac Vniuerſum, quatenus eſt corpus naturale: Quare ratio partis conueniens Naturæ Mouenti nullam aduehit imperfectionem Deo. Si enim [f] perfectum eſt, extra quod non eſt vllam accipere particulam; & hac ratione *Deus* perfectus eſt, extra quem nihil eſt; quum vt forma Vniuerſi omnia in ſe [g] contineat; quod obſeruat etiam Ariſtoteles, cui [h] *Deus eſt in Vniuerſo, & viciſſim cuncta in illo; mouenturque omnia ab inexiſtente in nobis Numine.*

u de per. & dieb.
x 5. de Rep.
3. de Legib.
6. de Legib.
y 2. de gen. an. cap. 3.
z 10 eth. c. 7.
a 8. phyſ. t. 48.
12. meta t. 49. 56.
b 12. meta. t. 49.
c 8. phyſ. t. 40 & ſeqq.
d 12. meta. t. 49.
e 1. de anima. 2. c. 2.
f 5. meta. t. 21.
g 3 phyſ. t. 67.
4. phyſ. t. 35.
h 7. eudem. ca 18.

*ne*. Nec obeſt placito noſtro ſententia Diui Thomæ; A dum enim talia ſcribit, [i] *Deus, quum ſit ipſum eſſe per eſſentiam, eſt intime in omnibus rebus. Reſpondeo dicẽdum, quod Deus eſt in omnibus rebus, non quidem ſicut pars eſſentiæ, vel ſicut accidens, ſed ſicut agens adeſt ei, in quod agit*: negat ſolum, Deum eſſe partem eſſentialem rerum ſingularum, quaſi ſit forma conſtituens eſſentiam vniuſcuiuſque rei peculiaris: nos autem id concedentes, dicimus ex [K] Ariſtotelis doctrina, Deũ eſſe partem eſſentialem totius Mundi, ac Vniuerſi formam, vt [l] intellectus humanus eſt pars eſſentialis, & forma ſpecifica hominis. Ita ergo Primus Motor eſt pars eſſentialis, quæ forma eſt ſpecifica totius Mũdi, quatenus hic eſt corpus naturale; adeoque vere ac proprie Natura. B

*i* 1.p q.8. ar.1.

K de mund. c. 7.

*l* 1. meta. ſu.2.c.2.

*Primo Mouenti Deo rationem ac nomen proprie dictæ Naturæ negari non debere, quod ſit Natura Naturans appellata: vnde ſoluitur vndecima dubitatio.*
*Cap.XII.*

COronidem imponere quum mihi ſtatutum eſſet huic operi præcedenti theoria; noua difficultas C ad nos allata decretum diſtulit; obijciunt enim aliqui de ſententia Viri Florentis Deum quidem appellari Naturam Naturantem, ſed tamen hoc non efficere quin ſit minus proprie dicta Natura. Ceterum niſi ratio talis viris egregijs aliquid ponderis habere videretur; nos eam vt pote leuiorem ſilentio præterijſſemus. Quare breuiter; Naturantis differentia, qua contradiſtinguitur Deus vt Primus Motor, ab agentibus

A tibus alijs infra *Deum*, quæ dicuntur Naturæ Naturatæ, non eſt accidentaria quædam, & metaphorica, minuſque propria; ſed eſſentialis, & propria; ſignificat enim *Naturam* prorſus independentem, increatã, ac omnium ſupremam, à qua penitus dependent in eſſe Naturæ quæcumque aliȩ; quæ propterea Naturatæ dicuntur. Vt enim proprie Vniuocum eſt apud Ariſtotelem[a] Animal ad Hominem, & brutum, nihilhominus quam Homo & Brutum ſint vniuoca in ratione animalis; licet Animal ſit vniuocum vniuocãs, & Homo ac Brutum ſint vniuoca vniuocata: & veluti Animal eſt proprie dictum æquiuocum ad viuum, B & ad pictum, atque ad mortuum animal, licet ſit æquiuocum æquiuocans Barbaris: ita Primus Motor *Deus* immobilis, eſt nihilominus vere Natura proprie dicta, quamquam dicatur Natura Naturans; ac Natura proprie ſit quælibet forma infra Deum, quæ dicitur Natura Naturata: Porro nihilominus æquiuocum eſſe æquiuocans, quam ȩquiuocatorum quodvis & nihilominus vniuocum eſſe vniuocans, quam vniuocatorum quodlibet, conſtat aperte ex his verbis Ariſtotelis, cui[b] *Aequiuoca dicuntur, quorum nomen ſolum commune eſt, ſecundum nomen vero ſubſtantiæ ratio* C *diuerſa, vt animal, & homo, & quod pictum eſt: horũ enim ſolũ nomen commune eſt, ſecundũ nomen vero ſubſtantiæ ratio diuerſa. Si enim quis aſſignet quid ſit eorum vtrumque quo animal eſt, propriam aſſignabit vtriuſque rationẽ. Vniuoca vero dicuntur, quorum & nomen commune eſt, & ſecundum nomen eadem ſubſtantiæ ratio, vt animal, & homo, atque bos: communi enim nomine horum vtrumque animal nuncupatur; & eſt ratio ſubſtantiæ eadem: ſi quis enim aſſignet vtriuſque rationem, quid vtrumque eſt quo*

animal

a Prædicam. ca. 11.

b Prȩdic. init.

*animal eſt, eamdem aſſignabit rationem*. Et quum A-
nimal ſit tum æquiuocum æquiuocans ad hominem
viuum, & ad pictum, ſua æquiuoca æquiuocata; tum
vniuocum vniuocans ad hominem, & bouem viuum
ſua vniuoca vniuocata; ſimpliciter tamen animal eſt
proprie æquiuocum ad hominem verum, & pictum
& proprie vniuocum ad hominem, & bouem viuum
vt norunt etiam Logicæ tyrocinium non egreſſi.

*Peroratio totius operis. Cap. XIII.*

Conſtat igitur ex antehabitis, Primum Motori
in Ariſtotelis decretis quadruplicem eſſe; vnu
quidem, qui non mouetur ab alio, ſed tantum a ſeip
ſo; cuiuſmodi eſt Cælum, ſiue *M*undus: alium vero
qui nec a ſe, nec ab alio mouetur per ſe formaliter
ſed ſolum per accidens; cuiuſmodi eſt cauſſa finali
generatim: Tertium autem, qui nec a ſe, nec ab alio
nec per ſe, nec per accidens mouetur phyſice, ſed tan
tum metaphorice ab alio, nempe a fine, cuius grati
mouet; cuiuſmodi eſt Intelligentia quęlibet infra De-
um cæleſti corpori appropriata: Quartum denique il-
lum, qui penitus immobilis eſt omnium immobilium
Motorum primus, nec a ſe, nec ab alio, nec per ſe, nec
per accidens, nec phyſice, nec metaphorice mobilis;
qualis eſt *D*eus Mundum phyſice regens. Oſtenſum-
que ſatis eſt horum Motorum vnumquemque ſeorſim
ſub ratione Primi Motoris eſſe vere ac proprie Natu-
ram; quia ſit cauſſa producens motus naturales, &
generans res phyſicas: quia ſit finis, cuius gratia fiu
generationes phyſicæ, ac res ipſæ naturales: quia ſi
id, cuius participatione per ſe primo conſtituitur in
eſſe

A eſſe corpus naturale; tamquam vera forma phyſici corporis: & demum quia ſit principium primum & cauſſa mouendi & quieſcendi per ſe in quo eſt non ſecundum accidens: quæ eſt ipſiſſima definitio Naturæ proprie dictæ. *N*on obſtantibus ijs, quæ in oppoſitũ allata fuerunt a Viro Florenti. In qua contemplatione quæcumque veritati conſentanea reperiuntur, ea omnia in Summum Deum referantur, cuius auxilio peculiari ſalebroſam hanc meditationem tam breui ſpacio temporis percurrere valui: ſin autem quidpiam falſi latet in meis dictis, id omne mentis meę tenuitati adſcribatur: Interim hęc omnia lubens ſubijcio cẽ-
B ſuræ tum Doctorum virorum; tum maxime S. R. E. paratus illi ſemper obtemperare. Patauij. Calend. Februar. M. DC. XXXIV.

---

Præſens opus Excellentiſs. D. Domini Fortunij Liceti in Patauina Academia Philoſophi Ordinarij, cuius inſcriptio eſt *De Natura Primo-Mouente* phyſice in folio cart. 71. & initium. *Quod inter omnia* &c. & Finis, *ſemper obtemperare*, fuit pro Impreſſione viſum, & approbatum Paduæ die 12. Menſis Februarij 1634.

*Ita eſt Fr: Antonius à Lendenaria Inquiſitor Generalis Paduæ.*

C Clariſsimo Signor Sig. Colendiſs.

Hò veduto l'Opera Antecedente, ch'è vn ingegnioſiſſima ſpeculatione Filoſofica: non contiene coſa, per la quale non ſe li debba concedere la ſtampa.

*Deuotiſſimo Seruitore* *F. Fulgentio de Serui.*

} Geronimo Corner Cauallier Procur. Reform.
Geronimo Soranzo Procur. Reformator.

*Hieronymus Cauatius Secr.*



Digitized by Google

# INDEX RERVM.

A*Bſtracta forma vt ſint in materia. 96. vt a Phyſico conſiderentur. 96.*
*Abulenſis ait Deum eſſe Naturam. 126.*
*Aequiuoca diſtinguenda prius quam tractentur. 1. æquiuocantia ſunt æquiuoca proprie, vt æquiuocata. 191. & ſeqq.*
*Aer vt conſideretur a Fabro. 93.*
*Aeternitas motus ducit Ariſtotelem ad notitiam Primi-Motoris. 53.*
*Agens phyſice agit quatenus eſt actu. 87.*
*Alcmenæ cum Ioue concubitus Mythologia. Præf.*
*Anima eſt cauſſa finalis in viuente. 19. eſt in corpore, quod viciſſim eſt in anima. 114. 115.*
*eſt melior alijs rebus. 64.*
*vitam corpori tribuens eſt vere natura. 56. 66. quæ forma eſt corporis naturalis, eſt vere natura. 109. 110.*
*triplicis cauſæ rationem habet in viuente. 35.*
*In viuente non ineſt per accidens. 74.*
Cœli *eſt intelligentia. 64. et ſeqq.*
Mundi *non eſt ſenſitiua, ſed intellectiua. 110.*
Rationalis *eſt homo Platoni aliter ac Ariſtoteli. 20.*
*eſt vere natura. 133. 134.*
*eſt forma ſeparabilis. 134.*
*fœtui non aduenit a parente, nec a cœlo. 98.*
*In homine gubernat inferiores animas. 134.*
*nihil habet commune cũ corpore. 95. 96.*
*Animatio cœli non obſtat fidei, ex D. Thoma. 68. 69.*
*Animal mouetur a ſeipſo, & ab alio. 4. 26 vt dicatur natura. 24.*
*Appetibile mouet dũ abeſt potẽs adeſſe. 52.*
*Aqua feruẽs vt ſemetipſam refrigeret. 37*
*Ars eſt habitus mentis. 12.*
*non eſt principium motus, ſed modi motus. 40. vt excludatur a definitione Naturæ. 40. cur non denomine[...] actioem a fine. 82. in quo ſitam[...] ideam, et rationem. 29.*
*Artificioſa cur dicantur fieri a m[...] mouentur per accidens, non pe[...] 154.*
*Aſſiſtens forma eſt pars eſſentialis[...] ſiti. 158. & ſeqq. non tribuit ſol[...] rationem, ſed etiam eſſe. 157. &[...]*
*Atlas quid fuerit Antiquis. 75.*
*Attributa Naturæ ſex apposita [...] tione. 32. & ſeqq.*
*Bifariam quid eſſe poſſe in ijs, qua[...] ſunt. 128. 129.*
*Boni ratio, et pulchri magis in [...] Natura ſpectatur quam artis.*
*Bouis forma ſemper attinet ad Ph[...] 99.*
*Cæcus natus an diſputare valeat [...] ribus. 24.*
*Cœleſtis mundus continuus elem[...] vt ſit. 139.*
*Cœli animam eſſe Intelligentiam [...] ſeqq.*
*Motus multiplex eſt a multipl[...] uente. 11.*
*natura nobilior eſt noſtrate. 69.*
*virtus motiua eſt natura. 79.*
*Cœlo vt competat natura definit[...] prie. 43.*
*Cœlum ab Ariſtotele vt vocetur [...]*
*dependet a primo mouente. 137[...]*
*dignius eſt omni corpore ſubcæl[...] 60.*
*eſt animatum. 59. & ſeqq.*
*eſt corpus naturale. 56. & ſeqq.*
*eſt generans naturalia. 42.*
*eſt materia mundi. 41. 42.*
*eſt natura proprie. 41. et ſeqq.*
*eſt veluti forma. 42.*
*ex Ariſtotele animatum eſſe vt[...] D. Thomas 66. et ſeqq.*
*gubernat omnes virtutes motri[...]*

fe[...]

*feriores.5.*
*mouetur a ſeipſo.62. 156.*
*mouetur ab Intelligentia ſecunda.7.8.*
*mouetur per ſe. 73.*
*quam vitam viuat. 58.*
*totum ad ſuas partes ſe habet vt forma ad materiam. 145.*
*vt pendeat ab intelligentia. 55.*
*vt ſit nobilius homine. 70.*
*vt ſit primum mouens.3.& ſeqq.*
*vt ſit principium motus in quo eſt.44.*
*Cæſaris apophetagma in Præfat.*
*Calor eſt inſtrumentum animæ. 36.*
*Catonis ſapiens dictum in Præfat.*
*Cauſſa dicit relationem ad effectum. 32.* *particularis non agit ſine communi.13* *plerumque triplex vt coincidat in vnã. 170.& ſeqq.*
*quotuplex ſit.13.*
*Celerrime quæ moueantur.8.76.*
*Cicero dicit Deum eſſe Naturam.126.*
*Circularis-motus eſt cęlo ſumme naturalis.73.144.eſt igni,et aeri violentus.et cur.144.vt habeat duo principia,centrum,et circumferentiam.75.*
*Circuli nomine Phyſicus intelligit corpus circulare.9.*
*Ciuium res ſunt in Rege.123.*
*Comparatio ſit inter ea,quæ ſunt eiuſdem ordinis.70.*
*Compoſitum vt ſit finis generationis.22.*
*vt ſit vere natura.23.24.*
*Contrariorum eſt eadem diſciplina.166.*
*Cordis gratia ceteræ partes ſunt Ariſtoteli.3.*
*Corporum naturaliũ ſunt duæ claſſes.58.*
*Corpus naturale nõ eſt ſubſtãtia pura.52.* *non poteſt eſſe,nec intelligi ſine accidentibus.44.*
*Dæmonia natura quæ ſit Ariſtoteli.182.*
*Definitio Naturæ declaratur.31.& ſeqq.* *non accidit definito,nec eius partes. 74.75.rei ſeparatæ a materia non attinet ad Phyſicum 175.*
*Differentiam ponens inter duo,per ſe noſcit vtrumque ſeorſum.166.*
*Dimidium plus toto vt verũ ſit.188.18[...]*
*Diſcrimen inter aſſiſtentem,et informan[...] tem formam.151.*
*Deo vt primo mouenti conuenit definiti[...] Naturæ 177.& ſeqq.qui ſit cariſſimus[...] 90.91.non conueniunt actiones exter[...] na,nec mundo.120.*
*Deus ad naturam refertur trifariam[...] 129.130.eſt intellectus.161.*
*a Diuo Auguſtino dicitur eſſe Natu[...] ra.101.126.eſt principium motus pri[...] mum ordine,ac dignitate.117.118.v[...] differat a natura,et vt non.181.no[...] eſt ſub cœlum.141.*
*ſub qua formalitate ſit proprie natura[...] 90 et ſeqq.ſit forma ſubſtãtialis,et par[...] mundi.157.185.189.*
*vt ſit in nobis.147.*
*vt ſit in ſingulis mundi partibus.14[...] 121.124.vt ſit in ſubiecto 141.& ſeqq[...] vt maneat in ſeipſo.120.121.vt ſit pri[...] mus motor.81.82.vt ſit cauſſa quieti[...] in toto,et motus in partibus.123.*
*eſt principium motus naturalis. 153[...] in vniuerſo,et in ſingulis mundi parti[...] bus ineſt per ſe.123.vt toti mundo aſſi[...] ſtat,nulli parti appropriatus.5.7.8.14[...] colitur ab Ariſtotele tamquam omni[...] cauſſa.80.eſt intimus in omni re. 152[...] nullam habet imperfectionem.186.v[...] moueat phyſice.9.et ſeqq.vt ſit id quod[...] cumque eſt.107.108.eſt Natura incre[...] ta D. Thomæ 127. vt ſimul ſit cauſſa[...] motus vniuerſim, et quietis vniuerſ[...] 119.120.eſt cauſſa motus tum efficien[...] remota,tum finalis.118.& ſeqq.eſt ip[...] ſum eſſe per eſſentiam.147.vt maneat [...] ac ſit in Mundo.120.vt ſit vbique.9[...] 91.147. vt ſit anima mundi.105.&[...] ſeqq.vt ſit manifeſtiſſimus.111.cur di[...] catur ipſum ens.120.vt ſit in vniuerſ[...] et viciſſim cuncta in illo.115.122.v[...] mundum conſtituat in eſſe corporis na[...] turalis.116.vt ſit primum mouens o[...]



Digitized by Google

nia abſolute. 14. quorum ſit cauſſa proxima. 97. vt tribuat eſſe ſpecificum mundo. 156. 157. eſt cauſſa totius ordinis. 108. 109. vt Ariſtoteli ſit pars mundi 13. vt compleat Vniuerſum. 111 vt ſit intelligibilis, et concupiſcibilis. 102. remunerator eſt bonorum operum Ariſtoteli. 91. vt generet hominem eidem. 92. vt ſit inter ea, quæ natura ſunt 128. vt ſit cauſſa effectuum naturaliũ. 82. 83. non eſt habens naturam. 89. ſub ratione diuerſa ſpectatur a varijs ſcientijs. 81. vt ſit vere Natura. 82. et ſeqq. eſt Natura prouidentiam habens ſubcæleſtium Ariſt. 84. 85.

Diuini, & humani intellectus proportio in relatione ad corpus. 114.

Diuini officiũ eſt intelligere, ac ſapere. 108

D. Tho. Deus Ariſtoteli eſt Natura. 126 cælum ex Ariſt. eſt animatũ. 66. et ſeq.

Dextrum et ſiniſtrum eſſe in cælo. 59.

Effectus reſolui debere in cauſſam proximam. 99.

Efficiens rerum phyſicarum eſt vere natura. 21. et ſeqq.

Efficientis cauſſæ munus. 94: characteriſmus. 21.

Elementa non moueri a ſeipſis. 63. moueri ſemper ab externo. 33. tantum de forma acquirere, quantum de vbi. 53.

Ens immobile non eſt idem cum mouente immobili. 175.

Feminam eſſe intentam a Natura, quæ Deus eſt Abulenſis. 126.

Finalis cauſſa eſt natura. 16. et ſeqq. 22. 23. 47. 52. et ſeqq. 103. eſt primum mouens. 2. et ſeqq. principatum obtinet inter cauſſas. 2. ſola mouet vt appetibile bonum. 2. vt moueat metaphorice, et ut phyſice. 3. 16. cuiusque generationis eſt duplex. 30. 52. generationis vt ſit in eo quod generatur. 51. magis generat quã efficiens. 48. & ſeqq. mouet vt abſens, et potentia. 87. non mouet phyſice dum mouet agens motu congruenti naturæ

ſuæ. 86. 87. vt moueat etiam præſe

Forma aſſiſtens eſt intima ſubiecto 152. biſariam eſſe poteſt in ſubiect 138. 145. corruptibilis cur vniatu teriæ. 138 cur dicatur ratio ipſiu quid erat eſſe. 107. eſt perfectior c ſito. 189. cur ſit magis natura materia. 105. 115. eſt finis generat 23. 49. 50. eſt omnium maxime na 20. coincidit cum efficiente. 25. i mans quo differat ab aſſiſtente. 14 quibus ſit principium paſſiuum m 20. 37 omnis eſt natura. 115. 151. lis ad motum ſubiecti quæ ſit: quæ 145 ſpecifica ſola tribuit vnitatem ciei compoſito. 112. ſpectata a Ph eſt vt plurimum inſeparabilis. 13 tius quid ſit. 26. vt ſe habeat ad qui tem compoſiti. 107. vt ſit magis na quam compoſitum. 20. vt ſit natu 30. 31. vt ſit in ſubiecto. 34. ſubc quo motu moueatur per ſe. 171. p quæ ſit. 123. dat eſſe ſpecificum 156 tinet. 112. 114. 122 ſola complet co ſitum naturale. 111. quouſque con retur a Phyſico. 93. 94. in materia gens trium eſt generum. 96. imm vt conſideretur a Phyſico. 172. 173.

Fortuna & caſus vt differant, & vt 180.

Generans eſt vere natura. 25. 26. 42 tura duplex eſt. 28. nõ excluditur a finitione naturæ. 39. 40.

Generatio cur appelletur natura. 22. 83. magis a fine pendet, quam ab ag te. 29. 30. 48. quæ mutatio ſit. 49.

Genius cuiuſque quid ſit. 182.

Genus eſt in ſpecie. 123. habet minus d rentias quam ſpecies, et cur. 188.

Homo a duplici agente vt efficiatur. conſtituitur in eſſe per animam rati lem. 98. 113. vt animam habeat m naturæ. 94. vt generet hominem. 94 eſſe dicatur intellectus. 107. vt ſit m mum quid. 123. vt efficiatur a De

a pa

a parentibus.97.100.
*Humanus intellectus nõ ſibi determinat vnam partem corporis.*121.
*Idem ſecundum idem ſimul nequit moueri, et quieſcere.*34.
*Immobilitas motiua eſt ratio Primi Mouentis.*18.
*Inanima mouentur a generante.*20.21. *vt moueri poſſint a ſeipſis.*37.
*Inſtrumenta ſunt gratia principalis agentis.*55.
*Intellectus vt ſe habeat ad Naturã.*161. & ſeqq. *vt plerumque agat per modum Naturæ non cognoſcentis.*163. *eſt in toto corpore, non in vna parte determinata.*9.149. *eſt homo.*19.20. *eſt natura proprie.*108.161. *quę agat per modum naturæ cognoſcentis.*163. *humanus cur ſit vnus ſpecie, numero multiplex, ad diuini differentiam.*107.
*nihil habet melius ſe* 64.
*Intelligentia eſt anima cœli.*64. & ſeqq. *eſt cauſſa generans omnia naturalia ſubcæleſtia.*54. *eſt cauſſa quietis per ſe in cœlo.*73. *eſt forma cœlo aſſiſtẽs.*146. *vt ſit in ſubiecto.*141. & ſeqq. *eſt Primus-Motor.*7. & ſeqq.83. *eſt vere proprieque natura.*53. et ſeqq. *vt ſit pars eſſentialis cœli.*74.75. *vt ſit in cœlo non ſecundum accidens.*65.74.148. *vt ſit ſine materia, et vt non.*138.139. *vt ſit mobilis ab alio.*17. *vt determinata ſit ad vnum motum.*71.72. *vt ſit cauſſa finalis rerum naturalium.*55. *quotuplex ſit.*11.12. *in mouendo vt pendeat a Deo.*118. *vt proprie contineatur in definitione Naturæ.*72. & ſeqq.
*Lex eſt ordinatio quędam.*112.
*Lumen eſt forma perſpicuo aſſiſtens.*146. *non mouetur ad motum perſpicui.*146.
*Materia cur dici nequeat primum mouens.*19.
*cur non coincidat cum alijs cauſſis.*171.
*eſt natura.*18. et ſeqq.
*eſt ad aliquid.*93. *quomodo definiatur.*
142. *nobilior habet formam digniorem* 70. *nullum determinat locum ſuo compoſito.*116. *prima non habet in ſe motum, nec principium motus.*167. *ſenſibilis non eſt ſine accidentibus.*26. *quæ ſi principium actiuum motus.*18. *non ſolum remota, ſed etiam proxima eſt natura.*41. *vt ſit in forma.*34. *vt ſit natura.*30.31. *vt generationem promoueat.*47.48.
*Medium Phyſico non eſt punctum, ſe terra.*9.75.76. *quid ſit inter eſſe et no eſſe.*51.
*Metaphyſicæ obiectum non eſt ens immobile.*168.
*Miſta corrumpi ab interno principio.*37
*Mobile eſt quantum continuum.*26. *per ſe eſt corpus naturale.*58. *habere pote principium immobile.*177.
*Mortale, ac immortale ſunt differenti viuentis.*7.
*Moto ſubiecto non moueri cuncta qu ſunt in eo.*145. et ſeqq.
*Motum concernentia pertineant per ſ ad Phyſicum.*166.
*Motus ab arte non eſt phyſicus, etſi ſecundum naturam mobilis.*88. *æternus eſ duplicis generis Ariſtoteli.*10. et ſeqq. *eſt actus motiui pariter ex mobilis.*88 *eſt principalis affectio corporis naturalis.*32. *non eſt ſine corpore naturali.*58 *qui a Deo pendeat.*11. *quilibet non ineſ in quouis naturali corpore.*34. *qui phyſicus eſt ratione mouentis.*88.89. *phyſicus eſt ſemper ab efficiente natura.*89 *duplex habet principium.*36.
*duplicem habet perpetuitatem.*53.
*omnis pendet a primo mouente.*78.
*perpetuus qui fiat a Deo.*53.54.
*qui ſit partium totius quieſcentis.*73 148.
*immortalis qui proprie ſit.*7.
*per accidens cur non ſit naturalis.*38.
*qui ſumatur in definitione naturæ.*30.
*quilibet eſt generatio.*178.

*Motus*

Digitized by Google

*Motus circularis eſt naturalis, & voluntarius. 90. eſt naturalis ex parte Intelligentiæ. 90. eſt cauſſa omnium ſubcœleſtium euentuum phyſicorum. 103. eſt vitalis, & ab anima in cœlo. 157. in igne, et aere cur ſit tardior, et fatiſcens, in cœlo celerior, et regularis. 143. 144.*

*Mouens eſt ſimul cum mobili. 137. phyſicum eſt agens corporeum. 89. non ſemper mouet ſecundum naturam mobilis, dum phyſice mouet. 87. immobile eſt inſeparabile a materia. 176. non phyſicum phyſice-mouens eſt natura. 87. 88. immobile eſt pars eius quod mouetur a ſeipſo. 137.*

*Mouens primum vt conſideretur a Phyſico, & vt non. 177. vt non ſit in centro, ſed in circumferentia. 145. ſicut ſe habeat ad cœlum. 139. quid proprie dicatur. 1. eſt anima mundi. 110. vt ſit forma ſeparata, vtque inſeparabilis. 138. 139. definiri non poteſt ſine materia. 176. vt maneat in ſeipſo, et in eodem. 143. non eſt ſeparatum, nec ſeparabile a materia. 137. et ſeqq. vt ſit in loco, & vt non. 8. 9. vt ſit immobile ab alio. 16. vniuerſo, & cœlo tribuit eſſe ſpecificum. 157. eſt penitus impartibile. 138. cur vniatur materia inſeparabiliter. 138. non dependet a mobili. 137. eſt ſubſtantia. 141. vt ſit ſine magnitudine, & vt non. 138. vt ſit in ſubiecto conſtitutionis, et vt non. 141. vt ſit a quo cœlum, et natura dependet. 177. 178.*

*Mouentia-phyſice ſunt duplicia. 86. immobilia vt ſint phyſica, & vt non. 169. et ſeqq.*

*Mundus quas habeat partes eſſentiales. 111. vt contineatur in definitione Naturæ. 45. eſt proprie natura 41. et ſeqq. non conſiſteret abſque Deo. 116. eſt corpus naturale phyſice quieſcens in ſe. 105 124 vt ex Deo conſtituatur. 111. eſt vnus numero, et ſpecie. 124. vt ſit primum mouens. 3. & ſeqq. eſt ſubiectum in quo Deus eſt. 142. vt ſit continuus Deo. 125. cur bene ſe habeat. 120. vt ſit omne-animatum 66. vt ſit viuens ex anima & corpore conſtitutum. 157. vt ſit finis ſuarum partium. 45.*

*Natura a natura vt pendere poſſit. 177. et ſeqq. agit propter finem. 21. efficiens naturales effectus eſt gemina. 179. ad quæ relationem habeat. 32. in quibus ſit principium motus actiuum, in quibus paſſiuum. 33.*

*particularis vt multiplex ſit. 179. eſt cuius participatione res ſunt naturales 19. quæ ſit cauſſa ſecunda. 184. quæ ſubiectum eſt, quotuplex, quæque ſit 143. non eſt omne principium motus internum. 153. eſt cauſſa effectrix omnium naturalium effectuum. 28. 90. eſt conſiderationis phyſicæ. 166. eſt determinata ad vnum motum. 70. et ſeqq. cuius motus ſit cauſſa. 33. 34. quæ dependeat a primo-mouente. 137. nihil fruſtra facit. 21. duplex eſt, vniuerſalis, & particularis. 28. 29. non eſt ſemper forma inſeparabilis. 133. 135. 136. eſt vel ſubiectum, vel in ſubiecto. 140. in ſubiecto duplici vt ſit 143. formaliter quid ſit. 162. quomodo, & quando, & in quibus ſit cauſſa motus. 34. generat animalia, et plantas. 92. quæ ignoretur ignorato motu. 76. et ſeqq. 125. vniuerſalis quæ ſit. 180. vt ſit cauſſa compoſiti. 32. vt ſit principium motus, & quietis. 32. vt ſit in toto compoſito. 35. vt ſit Dæmonia, non diuina. 181. & ſeqq. vt ſit finis. 103.*

*vt ſit principium motus internum. 34. & ſeqq. vt ſit vnde naturalia proxime pendent. 27. vt ſit ſubſtantia. 141. non eſt in ſubiecto inhæſionis. 141.*

*naturans eſt proprie natura. 191. et ſeqq. naturans cur vocetur Deus. 127.*

*naturata quæ ſit. 127.*

*naturata quo differat a naturante. 190. et ſeqq.*

Natu-

Natura exiſtentium tentare demonſtrare ridiculum eſt.24.25.definitio conuenit Deo vt primo-Mouenti.117.& ſeqq.definitio vt conueniat cauſſæ finali.50.& ſeqq.definitio diligenter explicatur.31.& ſeqq.ratio vt ſit quadruplex.28.nomen,& ratio quinque rebus conuenit.18.& ſeqq.numen vbique eſt in rebus omnibus.122.

Naturalia duum eſſe generum.27.58 non niſi a natura fieri.82.

Naturalis-Philoſophus ſemper definit vt ſimum.9.ponit diſcrimen inter motorem mobilem,& immobilem.166.167.

Nauis abſque abſque nauta non eſt nauis niſi æquiuoce.158.duorum ſtadiorum non eſt nauis, et cur.158.vnius palmæ cur non ſit nauis.158.

Nauta vt naui tribuat non ſolum operationem nauigãdi,ſed & eſſe nauis.157.158.non efficit motum in naui.153.non eſt principium motus naturalis.153.eſt forma naui aſſiſtens.151.152.vt moueatur ad motum nauis,& vt non.146.eſt cui accidit eſſe hominem.154.

Neruus vt conſideretur a Medico.93.

Nihil a ſemetipſo dependere poteſt.177.

Obſcurius a Deo pendere quæ dicãtur.97.

Occaſio ſcribendi hunc librum explicatur in Præf.

Oculus lapideus cur æquiuoce oculus.157.158.

Omnia vt ſint in Deo.14.ſunt in fine.123.vt pendeant a Deo in eſſe, et in operari.11.vt moueantur ab inexiſtente in nobis Numine.123.

Operatio intelligendi eſt incorporea.98.naturæ cur ſemper determinetur a fine.82.

Ordo frequens Ariſtoteli qui ſit.135.mathematicus vt differat a phyſico.46.qui ſit bonum vniuerſi.46.in rebus phyſicis eſt a natura.108.

Ordinem dare multitudini nimium magnæ eſt opus diuinæ potentiæ.112.

Pars eſt in toto.122.in toto non eſt per accidens.38.74.præcipua corporis naturalis eſt forma.113.114.integralis vt ſe habeat ad totum.145.quæ ſit perfectior toto, quæ non.186.et ſeqq.

Paſſiones rerum phyſicarum non habent in ſe motum, nec motus principiũ.167.

Penetrari non poteſt a corpore corpus.152

Phyſicus non abſtrahit a materia.9.175.176.per ſe non agit niſi de corpore naturali.58.nil ſine materia conſiderat.95.96.non præſcribit obiectum Metaphyſico.168.vt ſeparet formas a materia.135.

Plantæ vt dicantur natura.24.

Potentia ſemper adiunctam habet priuationem.188.

Primum-mobile perpetuum quid ſit Phyſico 8.

Primum immobilium eſt Deus.89.

Primi-Mouentis idea in quo ſita.1.27.duo ſunt eſſentialia, & quæ.15.

Primum-Mouens eſt forma aſſiſtẽs.150.vt ſit, et non ſit in iis quæ natura ſunt.129.non mouetur ab alio.4.quadruplex eſt.2.15.et ſeqq.eſt pars præcipua Vniuerſi.112.quod non ſit immobile penitus.3.mouet per intellectum, ſed non formaliter.162.163.eſt principium ſubſtantiarum naturalium.168 formaliter attinet ad Phyſicum.166.167.eſt natura Diuo Thomæ.79.
Vide. Mouens-primum.

Principium actiuũ principale quotuplex.36.rei vt differat a principio magnitudinis.32.

Pulchri ratio magis eſt in operibus Naturæ quam artis.28.

Quæ non mota mouent vt phyſica ſint.167.et ſeqq.

Quatuor eſſe Prima-mouentia.40.

Quiditas quid ſit.76.

Quies eſt principalis affectio corporis naturalis.32.
eſt conſiderationis phyſicæ.166.



Digitized by Google

*in cœlo vt per ſe ſit ab Intelligentia.73.*
*Mundi totius, & cœli vnde inſit.149.*
*naturalis eſt a ſola natura.116.124.*
*corporis naturalis in ſuo loco eſt a forma.116.*
*vniuerſi eſt ab immobilitate Dei.116.*
*Quinque ſunt, quibus conuenit ratio naturæ.25.*
*Quodlibet non ſit ex quolibet.24.*
*Rationalis anima vt determinetur ad vnum motum.71.*
*Remouens impedimentum vt moueat.20.21.*
*Repugnantia non eſt in cœlum ad motum circularem.144. vt ſit in igne, et aere ad motum in orbem.144.*
*Saltator non efficit motum, ſed modum.153.*
*Sanitas eſt cauſſa finalis.2. vt ſit ars medendi.12.*
*Sapientia libri ſacri autor Philo.147.*
*Scaligero Deus eſt natura.126.*
*Scientia naturalis conſiderat non ſolum naturalia corpora, ſed eorum paſſiones, & principia.168.*
*Seneca dicit Deum eſſe Naturam.126.*
*Singularia vt ſint magis ſubſtantiæ quam vniuerſalia.20.*
*Singulariter non eſt accidens.187.*
*Sol duplex vt ſit in generatione hominis.94. qui hominem generet, & quomodo.94. et ſeqq. magis præeſt ortui rerum, quam alia cęleſtia.97.98.*
*Somnia cuius naturæ ſint effectus.182. quę non mittantur a Deo.182. & ſeqq.*
*Sonus non ſit motu corporum cœleſtium.84.*
*Species eſt in genere.123.*
*Subiectum conſtituens eſt materia.142. conſtitutionis eſt duplex.142. conſtitutum eſt compoſitum.142. inhæſionis eſt proprium accidentis.140*
*Subſtantia compoſita naturalis duas habet compoſitiones.26. vt ſit Natura.43. ſingularis cur ſit perfectior vniuerſali.186. & ſeqq.*
*Totum eſt in partibus.122.123. quod non moueatur ad motum omnium partiũ.145.*
*Virtus cœlum ſemper mouens quæ ſit.74.*
*Vmbra mouetur ad motum luminis.146.*
*Vnitas mundi pendet ab vnitate Dei.106*
*Vniuerſalia ſunt priora ſingularibus.11.*
*Vniuerſalis Natura quid ſit.29.*
*Vniuerſalitas eſt accidens.187.*
*Vniuerſum non mouetur, ſed partes eius.148. a Deo vt pendeat.113.*
*Vniuocum vniuocans proprie dicitur Vniuocum.91. & ſeqq.*
*Vnum-per-ſe vt fiat ex ſubſtantia et accidente.65. vt fiat ex nauta et naui.65. vt fiat ex duobus potentia.188.*
*Vnumquodque eſt id, quod in eo eſt ſummum.107.*
*Vnus motus ſimplex eſt vnius corporis ſimplicis.10.*
*Xenocratis dictũ de Genio collaudatur.9.*
*Zoophyta eſſe animalia.66. ſenſu pollere, non motu.66.*

FINIS.

Digitized by Google